℞ Iustus erat hoc est testimoniū castitatis marie: vt qui seruat innocē tem iustus dicatur: Sed ⁊ pius dum nollet propalare: ex conscientia casti tatis iustus: ex timore pius: Sciebat illam esse inculpabilem: sed vnde vel quid esset ignorabat: ⁊ iō mediam elegit viam effugiendi: vt neq; innocentem proderet neq; rei incognite cōsentiendo se reum faceret coram deo.

Vera virtus est: cum nec pietas sine iusticia: nec sine pietate iusticia: que separate abinuicem dilabuntur.

Et nollet eam tra. Quam desponsauerat in coniugium ducere: ne videretur quod ignorabat celare: vel traducere, ad penam in qua nouerat non esse infamiam: quia sciebat se eam virginem accepisse ⁊ intactam seruasse.

Hec autem eo co. Hic docemur diu deliberandum esse in incertis ne pecce tur temeritate leuitatis.

Ecce angelus do. Quia sic pie cogitat consolari meret: et ꝓfiliū suū melioꝛi ꝓfilio mutat.

Fili dauid. Recognosce quod promissum est domui dauid de qua tu es ⁊ maria: ⁊ vide implectum in ea.

Noli timere. ℞uis tantum sit quantum credis: ⁊ ne timeas pro re atu: sed amplectere charitatis intuitu.

Coniugem. Coniunx erat non concubitu sed affectu: non coniunctione corꝓoris: sed copulatione animoꝝ.

Nota coniugem dici a prima fide desponsationis: Igitur dispensationis est siquis permittitur aliam ducere post sacramentum sponsionis etsi nunq; debitum soluere possit.

Bene ioseph vir ⁊ maria coniunx dicitur: cum in eo seruatur affectus amoꝛis qō est verum coniugium: ⁊ in ea sine coitu est fructus nuptiarum.

In ea natum. De ea nasci est in lucem produci. In ea ꝛo nasci est cōcipi: vel ſm prescientiam angeli quam habet ex deo: cui futurum quasi preteritum natum dicitur.

De spū sancto. Spiritus sanctus dicitur deus ⁊ donum dei ⁊ charitas: ⁊ sola charitas eum incarnari fecit.

Pariet. Ne videretur ioseph non esse necessarius ei subdit: pariet: ⁊ ita eris necessarius procurationi.

Vocabis. Idem dicit isti quod predixerat marie: vt promissum saluatoꝛem iam venisse tam viris q̄ feminis repꝛesentet ex voce. Ipse enim no-

ſ sponsus.

Joſeph autē vir ei⁹: cū ergo eſſet
† ſ pro traducere greci habent propalare
iuſtus: ⁊ nollet eā† traducere: vō
† ſ ne ſi palam, eſſet vt adultera puniretur.
†† ſ ne ſi retineret nesciens eventum rei. q. conſcius eſſet peccati †† ſ vt occulte dimitteret.
luit† occulte†† dimittere eā†. Hec
ſ non deluſor.
autem eo cogitante ecce angelus
† ſ nō manifeſta viſiōe: q; dubietate ai ꝓmebatur velut ſomno infidelitatis †† ſ ne vlterius premeret dubietas quē cōmēdabat equitas
domini i† ſomnis†† apparuit ei di
ſ familiare ⁊ notū oſtēdit: cuius nomē ⁊ genus dicit.
cens: Joſeph filidauid nōli time
† ſ ſm preceptū legis noiatam
re accipere mariam† coniugem tu
† ſ ⁊ ne ſuſpiceris q̄ de alio ſit: q̄ eni in ea ⁊c.
†† ſ iam conceptam
am†. Quod enim in ea† natuz eſt
de ſpiritu ſancto ē. ℘ariet ät filiū
†† nō ſpones qō externo ipoſitū ē. ſ ſaluatoꝛem.
um ⁊† vocabis nomē eius†† ieſū.

men interpretatur.

Hoc aūt totum. ℞ propinquo est desponsata: q; inuenta est in vtero habens: q; peperit virgo: q; iesus vocatus est: q; saluat. Hoc enim ait euangelista quando iam omnia impleta erant.

Ut adimpleret. Prophetia signum est prescientie dei: quia quod dicit certum est a deo prescīri: ⁊ ideo ab homine debet timeri. Nullus autem signū quod designat efficit: sed tm̄ signat quod ostendit: sic prophetia nō necessitatem eoꝝ facit que predicit: sed signum est prescientie dei.

Hec. Non est necessitas rerum ex eloquio prophetarum sed sola exhibitio veritatis. Prophetia non facit necessitatem eorum que dicit: sed signuz est prescientie dei. Propheti a alia est ex predestinatione dei quam necesse est omnib⁹ modis euenire: vt sine nostro impleatur arbitrio: vt hec de qua hic agitur. Alia est ex prescientia dei cui nostrum admiscetur arbitrium. Alia est que comminatio dicit: que fit ob signuz animoꝝ diuersionis diuine vt fugent a facie arcus electi: ⁊ iuste pereant incauti: ⁊ non ex prescientia: quia longe aliter scitur q̄ futurum cōminetur. Esai. 7. c.

ſ ſubdit cauſam nominis † ſ qō ſolus dei eſt
†† ſ quos predeſtinauit.
Ipſe enim† ſaluū faciet†† populuz
† ſ que ex eis ſunt †† ſ hoc quod narrat teſtimonio prophetico certius facit.
ſuū a† peccatis eoꝝ††. Hoc autem
totum factum eſt vt adimpleretur
† ſ eſaiam
quod dictū eſt a domino per†, p
† ſ quaſi hec ſubſtantia ſue carnis nō aliūde tāḡ
phetā dicentē: Ecce virgo i† vte
per coſtum vtri
† ſ vel vocabunt: primo angeli pſallentes: inde apoſtoli predicantes: vel alij credentes
ro habebit: ⁊ pariet filiū: ⁊† vocā
bitur nomē eius emanuel quod
† ſ verbum caro factum eſt ⁊ ha. in no.
ſ nobiſcum. i. in homine deus
eſt interpretatū† nobiſcum deus.
ſ dubietatis.
Exurgēs autē ioſeph a ſomno
ſ non malignus.
fecit ſicut ꝓcepit ei angelus dñi.

Ecce virgo. Admiratur prophetia eſaias: ⁊ quaſi omnes de ſomno ſuſcitans ait: Ecce virgo in vtero habebit: ſpiritui ſancto preſens erat qō in tempore nondum erat.

Ecce virgo ⁊c. Dicunt iudei q; non est hoc nomen integritatis sed etatis puella. Sed quomodo tunc est signuz? Sensum esaie sequitur non verba: ꝓ ꝓcipiet ponit: in vtero habebit: ⁊ vocabūt, ꝓ vocabis vel vocabit.

Emanuel. Propium est christi vt iesus: quia cum his quos saluat semper adiuuando perseuerat.

Tribus de causis de veteri testamento astruit ea que ponit in euangelio. Pro testificatione: vt habeat testimoniū a lege ⁊ prophetis. Pro cōfirmatione fidei: q; facilius credimus cum videmus impleta que sunt predicta. Pro coniunctione noui ⁊ veteris testamenti.

Exurgens. Hoc. Modꝝ. Quisquis a deo monet: soluat moras: surgat a somno: faciat quod iubetur.

Fecit sicut prece. Perfecta obedientia. Fecit non tm̄ quod precepit angelus: sed etiam sicut precepit.

Exhibitione seruitutis ⁊ affectu amoris obediens recte dicitur fecisse sicut precepit ei angelus.

Angelus do. Nō relinq̄t mētiēdi locꝝ: vbi officiū angelorꝝ celebrat.

Nicolaus

a Joseph autem. Hic ponitur ioseph digna dubitatio. emisso aūt voto predicto: angelus gabriel venit ad virginem ignorante ioseph: ⁊ impregnata est de spiritu sancto: vt habetur Luce. i. ⁊ statim de licentia ioseph abiit ad cognatam suam sc̄z sanctam Elizabeth: vt ei pregnanti seruiret: ⁊ natū filij sui precursoꝛem videret: ⁊ ibi mansit tribus mensibus vsq; ad peractā precursoꝛis natiuitatem. Ipsa autem redeunte vidit ioseph vterum eius grauidum: incurrit ex hoc vehementem suspitionem: nec fuit mirum propter marie longam absentiam: ex altera parte tantū tenebat de marie sanctitate: vt dicit Chrysostom⁹. q; sibi videbatur impossibile eam cecidisse.

b Cum ergo esset iustus noluit eam traducere: id est propalare: quia nō erat certus de crimine: ⁊ ideo: c Voluit occulte dimittere eam. ne forte ex opposita parte faueret sibi in crimine: ⁊ bene dicitur q; occulte: ne si in palam eam relinqueret: nesciret respondere determinate causam dimittendi eam hoc querētibus: cū haberet argumēta sibi insolubilia ex vtraq; parte: vt visuz est. Sed querit hic quare maria nō dixit ei diuinū secretū? Est dicendū q; talia nō sunt reuelanda: nisi quantū se extendit voluntas diuina: ⁊ ideo beata virgo tacuit: tenens firmiter q; sicut istud secretū fuerat reuelatū sancte elizabeth: vt habet Luce. i. sic reuelaret alijs cōpetenti tpe ex bñplacito voluntatis diuine. Silr querit quare ioseph non petiuit ab ea? Dicendū q; ꝓ nihilo petisset: q; ipsi marie, ꝓ se dicenti nō credidisset ⁊ iterū ex diuina dispensatione hoc factū est: vt ꝓ reuelationē angeli ipse ioseph sic certificaret q; de cetero nullo mō dubitare posset: d Hec aūt eo cogitante. Hic ponit ipsius ioseph dubitantis magna certificatio. ⁊ dividit in duas partes: q; primo ponit eius certificatio q̄tū ad intellectū. et secō ostendit hec certificatio p effectū: ibi: Surgēs autem. Prima adhuc in duas: q; primo ad certificationē ipsius ponit testimoniū angelicū. secō ad fidei nostre ꝯfirmationē ꝓducit testimoniū ꝓphēticū: ibi: Hoc autem

de lyra

totum factum est. Ad euidentiā prime partis aduertendū q; magnū malū fuisset si ad modicā horā ipse ioseph beatā virginē que de spū sancto ꝓcepe rat dimisisset: ideo cum adhuc de hoc deliberaret certificatus est ꝑ angelū anteqū ab ea discessisset: ⁊ hoc est qō dr: Hec aūt eo cogitante ecce angelus dñi apparuit in somnis ioseph: q; alia clausis sensibus exterioribus ad recipiendū reuelationē magis est apta: q; tunc nō est ꝑ occupationē sensuū exteriorꝝ impedita. sequit: e Joseph fili dauid ⁊c. q; de christo volebat loqui qui erat promissus ipsi dauid: ideo de ipso dauid memoriam facit.

f Noli timere accipere mariā ꝓiugē tuā. nō ad carnalē copulā: sed ad cohabitationē eius ea: ⁊ deuotā ministrationē. subdit rō: g Qō enī in ea natū est. nō dicit ex ea; q; natiuitas in vtero est qñ fetus animat: ⁊ illa erat cōpleta: sed adhuc natiuitas ex vtero tpe debito expectabat. h De spū scō. miraculose facta est ꝓceptio: nō interueniēte adulterio. segt: i ℘ariet filiū. s. qñ erat natiuitas ex vtero. k Et vocabis nomē eius iesum. i. saluatorē: ideo subdit: l Ipse enī saluū faciet pplm suū a pctis eorū. In hoc aūt ostendit angelus eum verū hoiez in partu virginis: verū deū. m Hoc in salute ppli a pctis: q; nullus pōt saluare a pctis nisi deus. m Hoc aūt totū factū est vt adimpleret ⁊c. Hic ad certificationē nr̄e fidei adducitur ad hoc testimoniū ꝓphēticū: vbi ista sunt verba euāgeliste scribētis: nō angeli loquētis. Volebat enī ostēdere in hoc cōpletā esse ꝓphētiā Esa. vij Ecce virgo ⁊c. sequit: n Et vocabit nomē eius emanuel qō est interp̄tatū nobiscū deus. Per h ostendit veritas deitatis ⁊ hūanitat in christo. prius enī erat nobiscū deus p essentiā: potentiā: ⁊ p̄sentiā. silr erat p gr̄am nobiscū q̄tū ad scōs patres: ergo li nobiscū importat hic spālem vnionē que facta est p nostre humanitatis assumptionē. o Exurgens autem a somno. Hic ponitur ipsius ioseph certificatio per effectum: q; exurgens a somno certificatus de virginitate marie ad mandatum angeli.

Accepit ꝓiugem

Et accepit coniugem suam. Ad vitandam virginis infamiã ad celandũ saluatoris aduentũ: ad necessariũ pueri nascentis obsequium.

Donec peperit. Non q̃ post: quod magis constat: cum multis modis cognouit deum esse qui natus est.

Non q̃ postea cognouerit: sed ponit donec ꝑ et: vel pro eterno: vt: donec po. ini. tu. sca. pe. tu.

Dicitur q̃ ioseph mariam facie ad faciẽ videre non poterat quã spũs sanctus a cõceptione impleuerat penitus: Et tñ nõ cognoscebat facie ad faciem quã desponsauerat: donec vterus euacuaret: de quo hic nõ agit.

Primogenitum. Primogenitũ dr̃ oẽ qđ aperit vuluã siue aliud se quat siue nõ: Vel primo genitus inter oẽs electos p gratiã: Proprie autez vnigenitus dei patris vl marie dicit. C. II.

Cum ergo natus. Cuius matthеus natiuitatem prętermittat: tamen aduentuz magorum referens: breuiter eam cõmemorat sic dicens: Cum ergo ꝛc̃.

Quattuor ℔ ponunt a ꝓphis roborata: natiuitas: nomẽ: locus: ꝛ tps.

De natiuitate dñi in bethleem matthеus ꝛ lucas consentiunt: sed qnõ ꝛ qua occasiõe ad eam venerint Joseph ꝛ maria lucas exponit: mattheus prętermittit: sicut ꝛ cetera vsq̃ ad circũcisionem: sicut econtra de aduentu magorum lucas tacet: ꝛ mattheus exponit.

Bethleem iude. Ad differentiam illius que est in galilea in tribu ẓabulon. Duc enim sunt bethleem.

Bethleem prius dicta est effrata. Bethleem domus panis: q̃ ibi nasciturus erat panis viuus qui de celo descendit: qui ponitur in presepio: vt irrationabiles pastos faciat socios angelorz. Significat autem ecclesiam que est domus in qua panis viuus comeditur.

In diebus herodis. Hoc nõ ponit tñ pro tempore: sed vt videat impletum: Non deficiet princeps de iuda ꝛc̃.

In diebus herodis regis. Finito scz regno iudeorum: qñ iam herodes alienigena in gente iudeorz regnũ sibi occupauerat: impleta ꝓphetia que

Nicolaus

a Accepit coniugẽ suam. tanq̃ dominã suam ei obsequiose ministrando.

b Et non cognoscebat eam. qđ exponũt aliqui de cognitione faciei: dicentes q̃ ex presentia christi in vtero virginis tanta erat claritas in eius facie q̃ ioseph non poterat eam cognoscere: sicut dicitur de claritate faciei moysi ex consortio sermonis domini: quia non poterant intendere in eam filij israel: vt habetur. ij. Corint. iij. Aliter exponit Hieronymus de cognitione carnalis copule: quia cum ea vouerat virginitatem: vt dictuz ẽ. Sequitur:

c Donec peperit filium suum primogenitũ. Ex hoc loco dixit Eluidius hereticus q̃ maria ℔ a ioseph non sit cognita ante partum christi: tamen post eius partum ab eo cognita fuit ꝛ alios filios peperit: quod arguit ex hoc qđ dicit hic: Non cognoscebat eam donec peperit ꝛc̃. ergo post partum cognouit. Item ex hoc quod subditur: Primogenitum quia primogenitus non dicitur nisi respectu aliorum filiorum secundo genitorum. Hoc etiam confirmatur quia Joan. ij. legitur christum fratres habuisse: sed hoc non valet: quia sicut dictum est maria ꝛ ioseph virginitatem vouerant. Item beata virgo fuisset ingratissima si tanto ac tali filio non fuisset cõtenta. Item ioseph qui dicitur sanctus: sceleratissimus ꝛ presumptuosissimus fuisset si templum spiritus sancti ꝛ speciale habitaculum dei violare ac polluere presumpsisset. Ad primũ ergo dicendum q̃ hec dictio donec: aliquando significat tempus determinatum: quo transacto fit aliquid: sicut dicitur: Iste non comedit donec esset hora sexta: hoc est intelligendum q̃ completa sexta comedit: ꝛ sic non accipitur hic. Alio modo accipitur pro semper: sicut in psal. habetur de christo: Sede a dextris meis donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum: non est sic intelligendum q̃ quando inimici eius erunt positi sub pedibus eius tempore iudicii: q̃ tunc dimittat sedere ad dexteram patris: imo eternaliter sedebit: ꝛ hoc modo accipitur hic Donec: cum dicit: Non cognoscebat eam donec ꝛc̃. Ad secundum dicendum q̃ christus primogenitus filius virginis dicitur: non quia alij fuerunt post ipsum: sed quia nullum peperit ante eum: ꝛ hoc modo accipiebatur in lege vbi precipiebatur q̃ primogenitus deo offerretur: ꝛ si aliqua mulier pariebat vnicum tanq̃ primogenitum offerebat illum. Ad tertium dicendum q̃ in euangelio fratres christi nominantur cognati eius germani: quia de eadem cognatione sicut abraham ꝛ loth dicuntur fratres: Becũ. xiij. vbi dicitur: Ne sit iurgium inter me et te: fratres enim sumus: ꝛ tñ loth erat nepos eius: ꝛ sic patet ꝓpositũ. C. II

d Cum ℨ natus esset iesus ꝛc̃. Hic secũdo ostendit euangelista ipsũ

c iesum esse verum deum ꝛ verum hominẽ ex illustratione celesti: ꝛ veneratione regali: ꝛ diuiditur in duas partes: q̃ primo ponit huius rei manifestatio. secõ ipsius christi manifestati persecutio: ibi: Qui cum recessissent. Item prima in tres: q̃ primo ponit christi inquisitio sollicita. secõ eius inuentio certa: ibi: Qui cum audissent regẽ. tertio eius adoꝛ tempus.

in diebus herodis regis: ecce

magi ab oriente venerũt hierosolymã dicẽtes: Ubi est qui natus est rex iudeoꝛ? Vidimus enim

stellaz eius in oriẽte: ꝛ venimus

ꝛ propter predictas causas † ꝛ ad opus coniugale
ꝛ propter secreta que didicerat

Et ãccepit cõiugem suaz. † Et nõ cõgnoscebat eã dõnec pepit filiũ suũ ꝛ primogenitũ ꝛ vocauit nomen eius Jesuz. C. II.

† ꝛ. i. substantie siue ꝛ añquẽ nullus nec post quẽ alius ꝛ die octauo quo fiebat circũcisio ꝛ nomen imponebatur

ꝛ ecce natiuitas: cum esset natus.

Cum ergo natũs esset

c ꝛ nomen. ꝛ locus.

iesus in bethleem iude

ꝛ tempus.

in diebus herodis regis: ecce

† ꝛ vbi erat caput regni ꝛ ciuitas dei toto orbe resulget in qua minus docti eruditunt diuina lege

magi ab oriente venerũt† hierosolymã dicẽtes: Ubi est qui †natus est rex iudeoꝛ? Vidimꝰ enim

† ꝰ ne hoc de herode querere videantur

ꝛ signa non fidelibus sed infidelibus data sunt
† ꝛ ꝓpriã: q̃ hãc creauit ad oñsionẽ sui

stellaz eius in oriẽte: ꝛ venimus

dicit: Cum venerit sanctus sanctorum cessabit vnctio vestra.

Ecce magi. Magi non malefici: sed philosophi chaldeoꝛ: qui de singulis philosophant: Et fuerunt (vt dicit) de genere balaam: ꝛ successores doctrinarũ eius: In istis fides gentiũ vt primitie deo consecrat: Hi predicant natiuitatẽ: locum nesciunt. Judei locum insinuant: tempus aduentus non cognoscunt.

Venerunt magi non post annũ: quia tunc nõ inueniretur in presepio: ℨ in egypto: sed. xiij. die. Fuerunt autem de terra persarum vbi ꝛ saba fluuius a quo regio nomi-
natur: iuxta quam ꝛ arabia est: vbi magi fuerunt reges: Qui etsi tria munera obtulisse dicunt: nõ ideo non plures q̃ tres fuisse probant: sed vt per eos gentes que ex tribus filijs noe nati sunt venture ad fidem prefigurentur: vel tot fuerunt principes: qui multos duxerunt in suo comitatu.

Ideo magi apud hierosolymam precipue natum regem querunt: quia per balaam de israel nasciturum audierunt. Noua enim stella nouũ hominẽ indicabat. Stella christus quem sequi debemus: qui nisi in cordibus oriatur rex iudeorum in oriente non queritur.

Ubi est qui natus ꝛc̃. Confusio iudeoꝛ est vbi christi natiuitatez a gentibus discunt: ꝛ si non credunt: inexcusabiles sunt.

Vidimus enim stellam. Hero. Hec stella dñice natiuitatẽ nũcia nũq̃ prius apparuit: sed eam tunc puer creauit: ꝛ magis preuiã deputauit: que mox peracto officio esse desiit.

Christum nondum loquentem muta stella predicat: postea loquentem loquentes apostoli nunciauerunt.

Judeis tanq̃ ratione vtentibus substantia rationalis. i. angelus ortuz christi nunciauit: Magos ẽo primitias gentium nondum ratione vtentium irrationalis. i. stella perduxit.

Pastoribus angeli: magis stella: vtrisq̃ tamen loquitur lingua celorum: quia iam cessabat lingua prophetarum.

Utrum stella orta sit in oriente: an ipsi ibi positi natam ad occidentem.

de lyra

ratio deuota: ibi: Et ꝓcidentes. Prima adhuc in duas: q̃ primo ponit inquisitio christi ex deuotione: ꝛ ista facta est a magis. secõ ponit inquisitio christi ex malignatione: ꝛ hec fuit inquisitio herodis: ibi: Audiens aũt rex. Circa inquisitionẽ magoꝛ querentiũ christũ natũ: euãgelista tria notat: videlz natiuitatis locũ: cũ dicit: Cũ natus esset iesus in bethleem iude. vt ostendat impletã esse ꝓphetiã Mich. v. vt videbit. j. codẽ ca. Addit aũt iude. ad distinctionẽ alterius bethleẽ q̃ est in tribu ẓabulon. secõ notat tẽpus: cũ dicit: In diebus herodis. ꝓbauerat enim patriarcha iacob: Gen. xlix. Non auferet sceptrũ de iuda ꝛ dux de femore eius donec veniat qui mittendus est ꝛc̃. vbi trãslatio chaldaica habet sic: Donec veniat messias. vbi manifeste ostendit illo tpe christũ esse nasciturũ: qñ deficeret rex ꝛ dux de populo iudeoꝛ: ꝛ hoc impletũ est in herode: q̃ vsq̃ ad trãsmigrationẽ babylonis habuerũt reges de tribu iuda ꝛ postea duces: vt patet de zorobabel: Esdre. ij. ꝛ sic vsq̃ ad herodẽ qui fuit idumeus natione: ꝛ per cõsequẽs alienigena: sed regnũ iudeoꝛ fuit sibi datum a romanis imperatoribus: ꝛ cum hoc adiutoriũ ad ipsum acquirendũ: ꝛ capto antigono ibidẽ regnante: ꝛ postea interfecto herodes occupauit regnũ: vt narrat Josephus libro antiquitatũ: patet igit q̃ ꝓ hoc q̃ dicit: e Jn diebus herodis regis. ostendit tempus prefinitũ christi nascentis. Tertio scriptura circa natiuitatẽ christi notat euidens celeste signũ: ꝓphetatũ cui fuerat per balaam Numeri. xxiiij. Orietur stella ex iacob ꝛ ꝛsurget virga ex israel ꝛc̃. Ubi ostenditur q̃ ortus istius stelle apparentis erat signũ christi nascentis: ꝛ ideo in hora natiuitatis christi appuit stella noua in orientali terra vbi quõdã habitauit balaã: q̃ qdẽ terra est in ꝓte orientali respectu hierlim: vt hꝫ in codẽ libro Numeri. xxiij. ꝛ iõ isti magi dicti sunt magi nõ a magica arte: sed a magnitudine scie: ꝛ iõ dicti sunt etiam reges: q̃ illo tpe ꝑsi sapientes regnabant. Isti ergo videntes nouã stellã cognouerũt ꝓ diuinã inspirationẽ q̃ illa erat que predicta fuerat ꝓ balaam: ꝛ iõ statim mouerũt se de locis suis vt venirent ad venerandũ puerũ natum: ꝛ sequẽtes stellam venerunt in iudeam die tertiadecima: q̃ illa terra vbi habitabat balaam nõ multũ distabat a iudea: ipsis aũt iudeã intrãtibus stella diuina dispositiõe dispariuit vt necesse haberẽt recurrere ad ciuitatẽ regiã: videlz hierlim: ꝛ ibidẽ inqrere de christo nato: ꝛ ℔ factũ est a deo duplici de causa. Una ꝓpt ipsos magos: vt q̃ ꝓus fuerãt cõmoniti celesti signo cõfirmarent etiã dicto ꝓphetico ex doctoꝛ hebraicoꝛ rñso: vt. j. patebit. Alia cã fuit ꝓpt xp̃m: vt eius natiuitas in ciuitate regia nũciaret: ꝛ ꝓ oñs iudei xp̃m nõ recipientes inexcusabiles haberent. Per ℔ etiã figurabat q̃ fides christi erat a gẽtilibus deuote recipiẽda: ꝛ a iudeis ꝓ maiori pte in infidelitate remanẽtibꝰ refutãda q̃ magi q̃ gẽtiles erãt ipsũ xp̃m deuote q̃sierũt ꝛ inuẽtũ adoꝛauerũt. sacerdotes aũt iudeoꝛ audiẽtes xp̃m natũ ꝓ celeste signũ i nullo moti sũt ad ipz q̃rẽdũ seu venerãdũ. dicit igit: f Uidimꝰ stel. eiꝰ ꝛc̃. ꝛ ꝓz sẽsus ꝓ ꝑdicta.

Audiens

Matthe.5.a

viderint ambiguū est. ℘otuit enī nasci in oriente: ⁊ eos in hierusalē pduc
cere: Sed dū hūanū quasi ex lege querūt auxiliū: diuino deserunt. ℘er
stellā intellexerūt eū in iudea natū: ⁊ ideo hierusalē veniūt: vbi locū discē
tes tunc aggressi iter primū habent stellā pcutā quā recognoscūt.

Alleg. Stella est illuminatio fidei que ad christū ducit: ℘ū diuertūt
ad iudeos eā amittūt: q: dū a malis ꝓsiliū querūt verā illumiationē pdūt.

Audiens aūt he. Rex dī: vt ex collatione eius qui querit hic intelligatur extraneus: q: iam defecerat ꝓprius.

Audiēs aūt herodes alīū regē iudeoꝝ ꝙ se q̄ri: volebat enī cū esset alienigena legitimus rex vi
ioan.7.f. derī: ⁊ iō codices qb⁹ genealogia texīt cremauit.

Turbatus. Vel q: extītū regni sui timet: vel ꝓpter īrā romanoꝝ si ℘ pateret: q decreuerant ne
mich.5.a quis rex vel dūs sine coꝝ ꝓsilio diceret.

Nato rege celi rex terre turbatus est: q: nimirū terrena altitudo ꝓfundit cū celestī celsitudo pdicat

Cum illo. ℘ropter fauorē: q: sepe ppls plus eis iniuste faueat quos crudeles sustinet. Unde salomon: Rex iniustus omnes ministros impios habet.

Et ꝯgregans oēs ⁊c. Nota diligentiā inquirentis: vt si inuenerit faciat q̄ post se velle ostendit. sinautem excusatus sit romanis: Explorabat etiam si rex coꝝ tristes vel letos faciat iudeos.

Ubi xp̄s. A iudeis q̄rit locū a magis tēpus: vt de vtroq; fiat certꝰ.

In bethleē iude ⁊c. Locū natiuitatis exprimunt: quem testimonio scripture didicerunt: vt ipsa coꝝ scientia illis fieret ad testimoniū damnationis: nobis ad adiutorium fidei.

Ex hoc patet q: nō ex ignorantia: sed ex cordis duricia credere noluerūt.

Et tu bethleem. Hoc sic ponit vt ab eis dictū est: q: etsi nō verba: veritatem sensus quodāmodo ponunt.

In hebreo sic est: Et tu bethleē effrata parua es in milibus iuda: ex te mihi egredietur qui sit dominator in israel: ⁊ egressus eius ab initio a diebus eternitatis: Et est sensus: Et si sis paruus viculus comparata ciuitatibus iude vbi tanta milia: tamen non es minima: q: ex te egredietur magnus christus: qui non tm̄ de dauid: q: egressus eius ex mea constat substantia: natus a diebus eternitatis: q: in principio erat verbum.

Antiquitus effrata postea bethleē. Ad ystice est dicta effrata: furorē vidit: qō premonstrat insaniā herodis qui ibi pueros occidit: Vel effrata fructifera: que colit agrū vite: Adcrito in eo loco christus nascitur: qui totius

Nicolaus

a Audiens aūt herodes. Hic ponit inquisitio herodis ex malignatiōe: ⁊ primo ponitur eius inquisitio de christo a iudeis. secundo ab ipsis magis ibi: Tunc herodes. Dicit ergo: Audiens aūt herodes. s. christum natum p euidens celeste signū. b Turbatus est. nec mirum quia erat alienigena vt dictum est: ⁊ ideo timebat perdere regnū: ⁊ non solū ipse turbatus est: ℌ:
c Et oīs hierosolyma cū illo. Hic accipit pars pro toto: vnde oīs hierosolyma accipit hic pro illa parte que faucbat sibi: sicut cōiter dī qñ maiores ciuitatis aliquid factūt q̄ tota ciuitas facit: sic in ꝓposito illi qui erāt ibidem maiores ⁊ in regalibus officijs assistentes illi cum rege turbati sūt. sequitur: d Et congregans oēs principes sacerdotū ⁊ scri. pg. scis. ab eis vbi christus nasceret: q: enī volebat christum perdere: ideo voluit de loco natiuitatis christi diligenter inquirere ab illis qui scripturas ꝓphetarum predictas de christo nouerant ⁊ genealogias descēdentes a dauid scibāt.
e At illi dixerūt ei: In bethleē iude. Sicut enī periti in lege respondērūt per prophetiam que habetur Michee. v. que non potest exponi nisi de christo: vnde in eadem auctoritate vbi dicit: Ex te egredietur qui sit dūator ⁊c. translatio chaldaica habet: Ex te egredietur messias. Ad euidentiam igitur huius prophetie videndum est qualiter scribitur Michee. v. quia videtur in aliquibus discordare ab eo qō hic dicit: scribit enī Michee. v. Et tu bethleem effrata paruulus es in milibus iuda: ex te enī mihi egredietur: qui sit dūator in israel ⁊c. matthеus aūt euangelista aliter scripsit: quia debebat scribere responsionē iudeorum herodi factam: herodes autem erat alienigena ⁊ ignorabat scripturas prophetarū: ⁊ ideo scribe sibi respondentes aliqua verba in auctoritate scripta mutauerūt vt planius regi loquerent: tamen eadem sententiā tenuerunt qō patet discurrenti per singula. scribit enim in Michea sic: Et tu bethleem effrata: ipsi aūt responderunt: Et tu bethleē terra iuda: cuius ratio fuit: q: ista ciuitas antiquitus vocata est effrata ab vxore caleph: sed postea est ibi facta fames magna tempore elimelech ⁊ noemi vxoris sue: ꝓpter quam famem iuerunt ad peregrinandū in

ecclesie typum gerit: ⁊ ex nolle timuit christū pabulū vite cunctis.

Ter. iu. In hebreo effrata: Bethleez est domus panis: effrata ꝓsperū. Que sunt domus iste nisi fideliū mētes panem angelorum manducantes: ⁊ quantū in hac vita mortali conceditur gloriam domini speculantes? In quibus christus iam per fidem natus: de gentilitate velut de longinquo venientibus per falsorū doctorum demonstrationeꝝ aliquādo queritur: ⁊ inuentus adoratur.

Clam vocatis ma. Remotis sacerdotibus ⁊ ℌ scribis: Timebat enī ne iudei quasi ex dei oraculo ꝓmissum occultarent: si se velle cum perimere sentirent: Ideo etiam promisit se adorare: ne quis sentiret dolum eius: sed sine suspitione ob gratiam facilioris ei renunciarēt.

Adorem eum. Herodes denotionē promittit: sed gladiuz acuit: malitiam cordis depingens colore humilitatis.

Finxit se vultu ⁊ verbis adorare cum quē invida mente cogitabat occidere: Cuius personam representant ypocrite qui dum ficte deum querunt nunq̄ merentur inuenire.

† ſ q: locū didicerat: qñ nasceret explorat.
ter didicit ab eis † tempus stelle
† ſ cognito loco ⁊ tpe restat cognitio persone.
que apparuit eis. Et mittēs eos
in bethleem dixit †: Ite ⁊ interro
gate diligēter de puero: ⁊ cū inue
neritis renūciate mihi: vt ⁊ ego
ſ hoc subiungendo ad renunciandum inuitat.
ſ vt alacrius per eum redeant: ⁊ ne iudei q: rex eorum futurus erat occultent.
ueniens adorem eum. Qui cum
ſ estimantes supple vera que dixerat.
audissent regez abierunt. Et ecce
stella quam viderant in oriente
ſ donec
antecedebat eos: vsq; dum veni
ſ quasi diceret: hic est qué natū testabar.
ens staret sup̄ vbi erat puer. Vi
† ſ inuento qō desiderauerant
dentes autē stellam † gauisi sunt
gaudio magno valde. Et ītrātes
ſ diuersoriū illud qō lucas cōmemorat.
domum inuenerunt puerū cuz

Ecce stella. Ingressi iudam deseruntur indicio stelle vt cogantur ex lege inquirere: Vel diuino deseruntur auxilio qui querunt humanum: Nec debebat signum infidelibus datum apparere domesticis legis ⁊ prophetarum: quia si moysen ⁊ prophetas non audiunt: neq; si quis ex. m. ⁊c.

Non tenuit ethereas vias. Sed multū domui vicinia: aliter non discerneret domum.

Adora. Stella est bona exhortatio ducens ad christum: Vel potius fides que est mentis illuminatio per quam ingrediens christum videt qui est stella matutina: ⁊ eo viso gaudet gaudio: ⁊ adorare non desinit.

Gauisi sunt. Gaudio gaudet: qui propter deum (qui verum gaudium est) gaudet. Addit ⁊ magno: quo nihil est maius. Et valde gauisi: q: de magno potest alius plus alius minus gaudere.

Et intrantes do. Tres magi vno itinere deum veniunt adorare: quia in vno christo (qui est via) inseparabilis trinitas ab eis erat adoranda.

Puerum cum maria. Sepe puer nominatur: vt cum agnoscant de quo dictum est: Puer natus est nobis.

Cur non ⁊ ioseph cū maria inuentus est a magis? Nec aliqua inde male suspitionis occasio daretur gentibus: que primitias suas statim nato saluatore ad eum adorandum miserunt.

de lyra

terram moab: vt habet Ruth. j. transeunte autem fame facta est maxima abundantia in eadem ciuitate: sicut frequenter fit mutatio a ꝓtrario in contrariū: ⁊ tunc vocata est ciuitas bethleem. i. domus panis propter abundātie eucntum: herodes autem ignorabat istam historiā: ⁊ ideo non dixerunt: Et tu bethleem effrata. quia nesciuisset quid esset dictu: sed dixerunt: Tu bethleē terra iuda. i. que sita es in tribu iuda: ad differentiā alterius que sita est in terra ẓabulon: sicut predictū est. Similiter qō sequit in auctoritate: Paruulus es in milibus iuda. mutauerūt dicentes: Nequaq̄ minima es in principibus iuda: ly enī videat esse ꝓtrarietas in verbis: tñ est eadē sntia q: cum dicit: Paruulus es ⁊c. hoc est dictū: Tu bethleē paruulus es vicus in situ ⁊ ambitu murorꝝ respectu miliū ad te pertinentiū: ⁊ rōne christi ex te nasciturī: ⁊ ista paruitas sonat in dignitatē: sicut si diceret: parisius est parua ciuitas in situ respectu multitudinis ad eam ptinentis. Scribe aūt iudeorꝝ rīdentes herodi: hanc dignitatē planius exp̄ressērūt dicentes: Nequaq̄ minima es ⁊c. Qō aūt sequit in auctoritate hic ⁊ ibi satis ꝓcedat: vt pz intuenti. f Tunc herodes. Hic ponit inquisitio herodis facta ab ipsis magis. cognito enī loco natiuitatis christi ex iudeorꝝ responso voluit scire tēpus natiuitatis ab ipsis magis p signū stelle oriētis que apparuerat eis: vt si ad ipsum nō redirent ex tpis ⁊ loci cognitione posset christū interficere: sicut postea attentauit pueros interficiendo: ⁊ hoc est qō dicit: Tunc herodes clam. dicit clam. i. occulte. q: cum esset alienigena non confidebat de iudeis: ⁊ ideo voluit suum consilium eos latere. sequitur: g Et mittens eos ⁊c. spondet falsum obsequiū vt facilius eos decipiat: ⁊ ad redeundum ad ipsum inducat. h Qui cum audissent. Posita ipsius christi inquisitione sollicita. hic ꝓsequēter ponit eius inuētio certa. Dicit igit: Qui cū audissent regē abierunt: recedentes. s. de hierlm vt irent versus bethleē edocti de hoc per prophetiam. i Et ecce stella quam viderant ⁊c. quia enī vt dictum est disparuerat vt christi natiuitas p ipsos in regia ciuitate publicaret: ⁊ vt prophetia de loco natiuitatis christi impleta monstraret:

ideo hoc

Adorauerunt. Sic cõfitentes deum quem factuz esse hominem intelligunt: ꝛ moriturum quod per myrrham ostendunt.

Et apertis the. Fidē suā mysticis ꝓteſtant muneribꝰ: munera clausa fides est cordis: munera aperta ꝓfessio est oris. In thure ꝓfundit arrius qui soli patri sacrificandū esse ostendit. In myrrha manicheus: qui christū mortuū nō credit. In auro vterq; qz ꝛ manicheꝰ de semine dauid regē natū nō credit: ꝛ arrius solam ei seruitutē ascribit.

Adora. Et apertis. Magnū religiōis sacramentū hic aperit: vt fide premia thesauros nfos in via nō pandam⁹: donec ꝑteritis hostibus soli deo ex occultis cordiū offeramus. Ezechias qz thesauros alienigenis prodidit ꝺdēnat in posteris.

Obtulerūt ei ꝛc. Querit an singuli singula: an vnusqsq; tria? qō magis fatendū est: qz cōgruit mysterio: qz ois vere christianus christū deū regem ꝛ passum ꝓfitet.

Dicit ꝙ reges persarū semp cū muneribꝰ solent adorare: quo more ꝛ isti munera obtulerunt: Sed magis diuina inspiratione est factum: vt in hoc sit mysteriū omniū: vnde ꝛ figuraliter tria dicuntur.

Aurū ad tributū: thus ad sacrificiū: myrrha ad sepulturā ꝑtinet mortuorum: Vel per hec tria in eodem christo intimant: Regia potestas: Diuina maiestas: Humana mortalitas.

Adora. Nos ergo thus offerimus: si cogitatões carnis in corde p studiū oꝛonis incendimus. Aurū: dū supna sapia resplendemus. Myrrhā: si carnis vitia p abstinētiā mortificamus. Hec munera ex thesauro animi ꝓdita ꝓferunt: cū corde credit ad iusticiā: ore aūt ꝓfessio fit ad salutem.

Aurum est perfecta sapientia. Thus oratio mūda. Myrrha operatio bona. Primū ergo fides christo offerenda: deinde oratio: tertio loco opatio. Infirma est oratio quam non munit elemosyna.

Magi. Tres magi significāt gentilē pplm de tribus filijs noe ꝓcreatū ad fidē christi venientē. Stella ꝓphetica sermonē ortū christi veraciter ꝑtitentē. Herodes diabolū q cognita diuinitate christi psequit eū in mēbris suis: a quo magi pergūt dū ab idolatria gentes recedūt: ꝛ ad domuz in qua christus est. i. ad catholicā ecclesiā pueniūt: in quā intrantes p fidē inueniūt ꝝm cū mre sua. i. ecclia. Joseph semoto. i. iudeoꝝ pplo ꝓpter pfidiā: ꝛ apertis thesauris suis. i. lr̄arū pitia obtulerūt ei munera. i. physicā: ethicā: logicā. Vel hystoriā: tropologiā: ꝛ allegoriā. Vel sce trinitatis fidē.

Et responso acce. Sicut moyses tacens clamabat: sic isti pio affectu interrogabant qd diuina iuberet volūtas? Hec rīsio nō fit p angelū: ꝫ p ipꝫ deū: qz nullꝰ aliꝰ viā reuersiōis istituit nisi ille q dic̄: Ego sū via v. ꝛ vi.

Nicolaus

ideo hoc pacto iterū eis apparuit: ꝛ repletos gaudio ad locū determinatū vbi puer erat deduxit: Ex ꝓdictis patet ꝙ illa stella nō erat de stellis existentibus in vbe: nec de stellis comctis: que aliqñ apparent in suprema aeris parte: qz ille lucent tñi de nocte: ista aūt de die. Itē ex motu. qz ille reuoluunt̄ ꝝm motū mobilis primi in die naturali: ista aūt mouebat̄ ꝝm ꝙ ex/pediebat magoꝝ itinerationi: vñ in tredecim diebus non est mota nisi a terra in qua habitabant magi vsq; ad ciuitatē bethleē. Tertio hoc appareret ex situ: qz si fuisset sita in orbe: seu etiā in suprema aeris parte vbi generātur comete: nō ꝓsset determinatū locū vbi erat puer ostendere: ꝛ iō ꝑz ꝙ erat in propinqua aeris parte. a Et procidentes. Hic describit ipsius christi inuenti adoratio deuota: ex quo patet ꝙ cognouerūt ipsius diuinitatem p diuinā reuelationē. cum enī viderent puerū pānis vilibus inuolutū in gremio pauperis matris positū nullū regie dignitatis habentē signū: nō est verisimile ꝙ talē reuerentiā ei exhibuissent nisi in eo aliqō supra hominē cognouissent: ꝛ hoc est qō dicit: Et ꝓcidentes adorauerūt eū: adoratione. s. latrie. b Et apertis thesauris suis. nō ꝙ tunc aperuerūt: sed qz prius aperuerāt qñ. s. de terra sua recesserūt: ꝛ inde munera apportauerūt. c Aurū thus ꝛ myrrhā. ista tria obtulit quilibet ipsoꝝ: tum qz de talibus faciebant exenia reges arabū: tum qz per aurū signabant regiā dignitatē. Per myrrhā hois mortalitatē: qz myrrha solēt inungi corpora mortuoꝝ. Per thus ipsius diuinitatē: qz thus ad honorē diuinū concremat̄: Vel aliter ꝝm alios obtulerūt aurū ad sustentationē pauperis matris ꝛ filii. thus ꝫ fetorē loci: ꝛ myrrhā ad ꝓsolidandū mēbra pueri. d Et responso accepto. s. ab angelo ex diuina reuelatione. e Per aliam viaz reuersi sunt in regionē suā. pacto. s. obsequio: qz descenderūt ad mare ꝛ inde p nauē trāsfretantē in tharsis abierūt: ꝓpter qō herodes iratus postea naues tharsenſium incendit: ꝝm ꝙ fuerat prophetatū per dauid: In spiritu vehementi conteret naues tharsis. f Qui cum recessissent. Hic ponitur ipsius christi nati persecutio. ꝛ primo describit euangelista quoddaz antecedens ipsam persecutionē. secundo ponitur ipsa persecutio. ibi: Tunc herodes videns. tertio ponit quoddā consequens ad ipsam. ibi: Defuncto herode. Circa primā igitur partem sciendū ꝙ deus preuidens herodis persecutionem futuram per angelum admonuit ioseph vt puerum in egyptū portaret. Ad cuius intellectum notandum ꝙ herodes credidit primo magos fuisse delusos ex apparitione stelle fantastice: ꝛ ideo non curauit tunc de pueri inquisitione: sed postea oblato puero in templo ꝛ a symeone iusto predicato ꝛ manifestato: ꝛ similiter ab anna prophetissa coram toto populo: vt habetur Luce. ij. sed matthеus illud dimittit: tunc fama pueri nati crescente voluit herodes ipsum perdere: sed interim portatus est per ioseph in egyptum. g Qui consurgens accepit puerum ꝛ matrem eius. non dicit filium suum: quia erat tñ nutricius. h Nocte. propter timorem herodis: vt negociū fieret magis occulte: ꝛ enim de hoc non haberet diuinam reuelationem: non tamen propter hoc debebat omittere qō poterat facere ꝝm humanā viam: sequitur: i Vt adimpleretur quod dictum est a domino per prophetam. s. Osee. xj. k Ex egypto vocaui filium meum. ista autem auctoritas habet dupliccm sensum litteralem: qz verificata est ad litteram de populo israel vocato a dño de egypto: perfectius tamen de dño nostro iesu christo qui filius est dei naturalis: alii aūt sunt tñ filii per adoptionem: sicut ꝛ illa auctoritas que habetur. s. Para lyp. xxii. Ego ero illi in patrem ꝛ ipse erit mihi in filium: ad litteram intelligitur de salomone: tñ minus ꝓprie. de dño aūt nostro iesu christo proprissime: vt dicit aplus ad Heb. i. dicens: Cui enim dixit aliquando angelorum: filius meus es tu ꝛc. ꝛ iterum: Ego ero illi in patrem ꝛc. ꝛ hoc modo allegat euangelista hic qō habet Osee. xj. vt visum est. l Tunc herodes

† ſ signū humilitatis sine qua nullus vere adorat.
maria matre ei⁹: ꝛ † procidentes
† ſ in carne verdum † ſ fidem suam misticis ꝓfitentur muneribus
adorauerūt † eū⁹. Et ꝛpertis thesauris suis obtulerūt ei munera
† ſ quia intus querebant quid vellet diuina voluntas de reuersione ad herodē: del meruerūt rīsionem. ſ regi ſ deo ſ mortali.
aurū thus ꝛ myrrhaz †. Et rēspō
† ſ quia cognita veritate non licet retroire
so accepto in somnis † ne redirent
ſ diabolum. ſ fidem: spem: charitatem.
ad herodē: pēr aliam viaz reuer
ſ paradisum vel celestem hierusalem.
† ſ impleto purgationis tempore prius: ꝛ deo obla
ta in hierlm qō hic ꝑmittitur
si sunt i regionē suaz †. Qui cūm
recessissent ecce angelus domini

† ſ hic ioseph nō quasi maritus sed nutricius ꝛ custos ascisitur.
apparuit in sōnis † ioseph dicens:

Non loquit puer ad eos: ne diuinitas ante tēpus reuelaret: ꝛ vera humanitas habeat: Vñ ꝛ mox in egyptū mittit: qz ꝛ fides nutriēda erat ad premiū ꝛ vita doctrine preparanda est ad eundum.

Per aliam viam. In hoc forma dat credentibus vt deuoti ad deū veniant: ꝛ qō iubeat intendāt: scz ne ad diabolū redeāt: sed p semitas virtutū ad patriā veniāt: et qui ceciderūt ꝓtemnēdo: resurgant obediendo.

ſ glorioſam.
Surge ꝛ accipe puerum ꝛ matrē
eius ꝛ fuge in egyptuz: ꝛ esto ibi
† ſ ecce qz fraudes non latēt deum.
vsqz dum dicam tibi †. Futuruz
est enim vt herodes querat pue/
rum ad perdendum euz. Qui cō
surgēs accepit puerum ꝛ matrez
† ſ quia fides christi mānsit in gētibus do. pl. g. i.
eius nocte: ꝛ recessit in † egyptuz ꝛ
† ſ vsqz in finem infidelitatis: quia iudea contra ecclesiam seuit.
erat ibi vsqz ad † obituz herodis
vt ādimpleretur quod dictuz est
a domino per prophetam dicen
† ſ consubstantialem quia verbum caro factum est ꝛ habitauit in nobis
tez: Ex ēgypto vocaui † filiū meū.
† ſ inde acumulatur ira iam turbato per natiuitatem.
Tūc herodes vidēs qñ † illusus

Fuge in egyptū. c Mira humilitas christi fugit: qui refugiū est aliorum ꝛ virtus: fugiendo instruit suos. Unde: Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate fugite i aliā.

Qui consurgens. Joseph figura predicatorum qui christū cum matre: id est fidem christi et ecclesie tulerunt ad gentes: relicto herode. i. iudeorum infidelitate.

Nocte. Quia occulte per fugam ad illustrādam egyptum descendit: relicta nocte iudeis.

Nocte tulit in egyptū qz: noctē ignorantie his a quibus ipse recessit relqt incredulis: Vñ redit: noctis nō fit mentio: qz in fine mūdi iudei fidē tanqz christū ab egypto reuertē em suscipientes illuminabunt̄. Hic dat exemplū fidelibus vitandi rabiē ꝑsecutoꝝ vbi est oportunū: sicut ipse ait: Si vos persecu. fu. in. v. ci. fu. in. a. significat aūt hec fuga dñi electos ꝓbitate maloꝝ a sedibus suis sepius esse pellendos. Fugit vt homo: quē paulo ante stella deū monstrauit.

Osee. xi. b

In egyptum. Omnigenū deū monstra venerantē: qz christus ꝫa iudeis non receptus: per predicationē transit ad gentes

Fugit in egyptū sicut natus est: vt corruptā repararet naturā: Sic fugit: vt fugaces reuocaret. Qz fugit: sacramenti fuit non timoris: vt exēplū fugiendi daret suis: Non fugit mortē qui mori venerat: Nec insidias expauit: qui venerat aperire versutias diaboli. De hac fuga ꝑdixit esaias: Ecce dñs ascendet sup nu. le. i. carnē sine peccato: ingredietq; egyptum: ꝛ con. s. eius. Septem aūt annis in egypto latuit.

Ex egypto ꝛc. In osee iuxta hebraicā veritatē hoc inuenit̄: Vel in libro numeroꝝ vt quidā asserunt: qz totū dispositione dei factū est.

Tunc herodes videns. Verisimile est ꝙ cum herodi nihil renunciatum esset a magis: credidit illos fallaci stella deceptos esse: ꝛ ideo ad se non esse reuersos: Unde ꝛ tandiu quieuit a pueri inquisitione. Deinde vulgatis his que in templo facta dicta ve fuerant: se a magis sensit illusū ꝛ in mortem christi properans pueros occidit.

Verisimile est post annū ꝛ quattuor dies a natiuitate christi herodē in pueros deseuisse: qō forsitan ideo distulit: qz roma ꝓfectus est: vel ibi accusatus: vel vt romanos ꝓsuleret sup his que de christo dicebant.

de lyra

lcf. 3. d. 1. 3. c. bach. 1. 8.

Ideo forsitan tamdiu ab inquisitione pueri se ꝓtinuit: vt sollicitius eum deprehenderet: neq; elabi aliquo modo posset.

Occidit oēs pueros. Et cito christus apparuit mūdo: incepit eum ꝑsecutio: que figurauit ꝑsecutionē sc̄oꝝ: ꝛ dū infans queritꝝ infantes occidunt in qbus forma martyrij nascit vbi infantia ecclie dedicat.

Figurat moꝛs paruuloꝝ passionē omniū martyrū q parui. i. humiles ꝛ innocentes occisi sunt: qui non in iudea tm: sed vbiq; passi sūt ab impijs quos significat herodes. Et bini: q; doctrina et operatiōe pfecti: Illis occisis christus euasit: q; corpora possunt perimi: diuinitas non ꝓtingi.

Et in oībus fin. Non est ꝓtentus vastatione bethleē: sed adiacentia loca vastauit: nec vllā misericordiā etatis habuit a filio vnius noctis vsq; ad filiū duoꝝ annoꝝ quin oēs occideret.

A bimatu. Ideo a bimatu: vt sicut preoccupauerat herodes fines ciuitatis: ita ꝛ occuparet alium annū: Ideo etiam a bimatu: q; timebat ne puer cui famulabāt fyderа paulo supra etatē vel infra speciē sibi cōformaret.

Tunc adimpletū. Adimpletū dī: q; anteqū fieret legentibus erat semiplenū: q; qđ in ysa sonabat aliquid futurū occulte ꝓmittebat.

Joā. christ. in septima omelia dicit: q; stella per annū appuit: sicut in destructione romanoꝝ signa apparuerunt in celo: quando vox angelorū audita est: Transeamus ab his sedibus.

Vox in rhama. Id est, in excelso longe lateq; diffusa. Alī. vel vox ecclie de nece mēbroꝝ gemētis vsq; ad soliū superni ascendit iudicis.

Vox in rhama. Propter vnoꝝ leuite fornicatione peremptam: ꝑm numerum tribuum in duodecim partes diuisaꝝ: ois israel tribum beniamin ꝓter trecentos viros deleuit: eorum qui superfuerunt ploratus ꝛ vlulatus: auditus est vsq; rhama qui est locus iuxta gabaa. xij. miliario a bethleē. Audita: exaggerat: vt yperbolice rachel iā mortua dolentis affectu filios iā flere dicat: Ai per hoc de chaldeis hystoria terit q; similis esset abeis cladi ꝓiori ꝓpter iudeoꝝ futura vastatiō: Sed verius reuelante p euāgelistā spū, ꝓpbia de nece pueroꝝ accipit. Dicit ergo q; tūc cōpletū sit qđ dictū est: q; etsi ad iminentē captiuitatē sermo ꝓpbie respicit: tm in eo sicut in vmbra futura veritas cedis infantiū ꝓnunciat.

Rachel. Quia sepulta est iuxta bethleem: Et ex terreno corporis hospicio matris nomen accepit: Vel quia multi de beniamin ꝛ ioseph occisi sunt. De rachel natus est beniamin ad cuius sortē non pertinet bethleem: sed ad tribum tm iuda: Sed q; ꝓtigue tribus sunt iuda ꝛ beniamin in finibus bethleem: multi quoq; de tribu beniamin occisi sunt.

Nota q; melius per rachel (q̄ si p bethleē plorasse diceret) figura sacri inducitur: q; per eam in oībus scema ecclesie cōmendat: que ploraꝛ nō tā morte translatos q̄ supplicio peremptos.

Rachel. i. ecclesia suos teneros agnos ploraꝛ pemptos neq; vult ꝓsolaꝛi in ꝓsenti: q; nō sunt: sed oēm spem ꝛ ꝓsolationē ad eternam transmittit vitam. Vel ploraꝛ: ꝛ nō recipit ꝓsolationē ꝑm dupliceꝫ quorundā intelligentiā: siue q; in eternū mortuos estimaret: siue q; hic nollet consolari in ꝓsenti de his quos sciret in eternū victuros: Hoc verius ecclesie conuenit que non tm peremptos dolet: sed eos amplius quos priꝰ editos vult retinere: vl nōdū genitos generare: de qbus nulla consolatio: q; eternaliter mortui sunt.

Allego. Bñ aūt rachel: q; ouis vidēs deū dī ecclīam figurat: cuius tota intētio vt deū ꝓpleā inuigilat: ꝛ ipsa est ouis centesima quā pastoꝛ humeris reportabat.

Rachel. i. ecclesia ploraꝛ ꝑ suis occisis: Et ſō nō modicū fuit, ꝓpbe tantum facꝫm lz obscure diligentius presignare.

Ploraꝛ ecclesia ꝛ nō vult consolari hic: q; filij sui nō sūt de hoc mūdo. Vel ploraꝛ: q; dum parit tristiciā habet: vnde dicitur: Vos plorabitis ꝛc̄. sed addit ꝓsolatio: tristicia vestra vertet in gaudium.

Defuncto aūt he. Quia sopita iudeoꝝ perfidia: helya ꝛ enoch predicantibus iudea verbū dei recipiet.

Defuncto rege illico complices eius pereunt: sic cessante persecutione ecclesia ad celestia inuitatur.

In terrā israel. Nō determinat in quā partē: vt dubitāte ioseph angelus reuertat: ꝛ frequēti eius allocutiōe ioseph certior reddat.

Quia non distinxit in quam partem: ideo ioseph intellexit iudeam que dignioꝛ pars regni erat.

Defuncti. Tradūt quidā q; fecit herodes sup funus suū nobilioꝛes iudeoꝝ occidere vt sic cogeret iudeos mortē suam flere.

Qui ꝓsurgens. Alle. Ioseph gerit figurā apostoloꝝ quoꝝ officio christus circūferet. Apli primū venerūt in terrā israel: q; primū predicauerūt iudeis. Sed ꝑ herode. i. manēte hereditaria infidelitate metuūt ꝛ recedūt admoniti gratiā gentibus predicare ꝛ ad eas christū trāsferre.

Nominata terra israel: visum est ioseph non alicubi talem puerū debere habitare: nisi in hierusalē vbi erat tēplū ꝛ celebratio ꝓpbetarū: Tamē angelus intelligi voluit galileā quā ꝛ iudei incolebāt: qđ ostendit sic futuꝛe predestinatum: q; nazareus vocabitur.

Timuit illo ire. Si timuit iudeā ꝑ archelao herede paterne crudelitatis: Cur nō ꝛ galileā vbi herodes alius frater eius regnabat: Quia archelaus post patrē monarchiā totius regni obtinuit: sed insolescēs a tyberio cesare dejectus est lugdunū in auxiliū: ꝛ tunc diuisū est regnū in quatuoꝛ tetrarchias: quarū vnā. i. galileā herodes frater eius obtinuit.

Querit quare nō timuit ioseph ire in galileā sicut in iudeā: cum ꝛ sibi regnaret archelaus: Sed melius potuit in nazaret que remota erat latere q̄ in hierusalē vbi erat caput regni ꝛ assiduus archelaus.

Succesſit in y. q̄ christus illuc nō transferet vbi regnabat archelaus significat: q; illis abscondet christus in quibus regnabit antichristus.

Nicolaus

herodes. Hic ponitur ipsa persecutio: herodes enim videns se esse illusum a magis per famā pueri crescentē iratus est valde: timens principatū suū perdere: ꝛ iō tunc occasione ipsius voluit oēs pueros de bethleē interficere: ne puer sibi incognitus euaderet: sed fuit impeditus ab executiōe huius facti: q; citatus est ad curiā romanā ad petitionē suoꝝ filioꝝ ipsū accusantiū: ꝛ ideo nō fuit ausus: tāc pueros interficere: nec cū aliis facinoꝛibus suis accusaret de tanta crudelitate. Eundo aūt romā ꝛ remanēdo in curia ꝛ redeundo in iudeā apposuit annū ꝛ plus: ꝛ ideo fere post duos annos ad regnū suū reuersus ꝛ regno ꝓfirmatus: q; sententiā ꝑ se ꝓtra filios habebat tunc adimpleuit de nece pueroꝝ qđ priꝰ ꝓceperat: ꝛ hoc est quod dicit:

a Et mittens ꝛc̄. sequit: b A bimatu ꝛ infra. qui duo anni fere trāsierant ab ortu stelle ꝛ a magoꝝ inquisitiōe. c Tunc adim. est qđ dī. est ꝑ hiere. ꝓpbetā. xxxi. d Vox in rhama audita est ꝛc̄. Rhama aliqñ est nomē ꝓpriū loci: ꝛ sic non accipit hic. aliqñ est nomen cōe: ꝛ sigt excelsū: ꝛ sic accipit hic ꝑm q; patet Hiere. xxxi. vbi dicit: vox in excelsis: sequitur:

e Rachel plo. fi. suos. lz aūt iudas nō sit natus de rachel sed de lya: sicut habet Beñ. xxix. tm dī hic mater pueroꝝ de bethleem que erat sita in sorte iude: q; ipsa rachel sepulta est iuxta bethleē: vt habet Beñ. xxxv. ꝛ iō ratione sepulture dicta est mater ipsius bethleē ꝛ habitantiū in ea: ꝛ iō dī hic ploraꝛe metaphoice rōne predicta. f Et no. ꝓso. q; nō sunt: subintelligit viuentes. g Defuncto herode. Hic ponit illud qđ est ꝓsequēs

hoc officium deferebat

ſeph in egypto dicens: Surge

† ſ non filium tuum † ſ non contingem:

ꝛ accipe† puerū ꝛ† matrez eius et

† ſ quia scribe ꝛ pharisei mortem christi meditabātur cum herode.

vade in terrā isrl†. Defuncti sūt

ſ vitam.

enim qui querebāt animam pueri. Qui consurgens accepit puerū ꝛ matrem eius: ꝛ venit in ter/

†† herodes philippus archelaus: lysamach⁹ fratres fuerunt

rā israel. Audiens autem q; †ar/

† ſ de qua putabat se admonitum

chelaus regnaret in † iudea ꝓ herode patre suo timuit illo ire.

ſ non mutat angelus preceptum sed manifestius corrigit errorez pietatis

Et ammonitus in somnis secessit

† ſ que ꝛ ipsa terra est israel: quia ꝛ ipsam populus israel incolebat.

i partes† galilee: ꝛ veniēs habi/

Defuncti. Tradūt quidā q; fecit herodes sup funus suū nobilioꝛes iudeoꝝ occidere vt sic cogeret iudeos mortē suam flere.

Qui ꝓsurgens. Alle. Ioseph gerit figurā apostoloꝝ quoꝝ officio christus circūferet. Apli primū venerūt in terrā israel: q; primū predicauerūt iudeis. Sed ꝑ herode. i. manēte hereditaria infidelitate metuūt ꝛ recedūt admoniti gratiā gentibus predicare ꝛ ad eas christū trāsferre.

Nominata terra israel: visum est ioseph non alicubi talem puerū debere habitare: nisi in hierusalē vbi erat tēplū ꝛ celebratio ꝓphetarū: Tamē angelus intelligi voluit galileā quā ꝛ iudei incolebāt: qđ ostendit sic futuꝛe predestinatum: q; nazareus vocabitur.

Timuit illo ire. Si timuit iudeā ꝑ archelao herede paterne crudelitatis: Cur nō ꝛ galileā vbi herodes alius frater eius regnabat: Quia archelaus post patrē monarchiā totius regni obtinuit: sed insolescēs a tyberio cesare dejectus est lugdunū in auxiliū: ꝛ tunc diuisū est regnū in quatuoꝛ tetrarchias: quarū vnā. i. galileā herodes frater eius obtinuit.

Querit quare nō timuit ioseph ire in galileā sicut in iudeā: cum ꝛ sibi regnaret archelaus: Sed melius potuit in nazaret que remota erat latere q̄ in hierusalē vbi erat caput regni ꝛ assiduus archelaus.

Succesſit in y. q̄ christus illuc nō transferet vbi regnabat archelaus significat: q; illis abscondet christus in quibus regnabit antichristus.

de lyra

omnibus secuti sunt eū. Et factū
est cum esset in vna ciuitatū. Et ec
ce vir plenus lepra: ⁊ videns ie

Rumpebatur. In ecclesia circūcisionis rumpit rhete: q⁹ nō tot intrāt de iudeis: quot apō deū ad vitā erant p̄ordinati. Alia ergo nauis id est ecclīa de gētib⁹ succedit: que electos ad salutem colligit. Qui nō intrant nisi rupto rhete: q⁹ ante indas ꝓditor: ante simon magus: ante ananias ⁊ saphira: añ multi quos iobes antichristos vocat: abierūt retrorsuz: q̄ paulo vel barnabe cōmittatur apostolat⁹ gentium.

Et impleuerunt. Be. Hec impletio vsq; in finē seculi crescit. Sed implete mergunt. id est: in submersione premunt nō tñ periclitant sic vt mergant. Ad ergi enī est hoies ad p̄sentē seculi de qua elati fuerant redire. Quales etiam petrus adhuc in infirmitate positos hoc loco demōstrat. Unde sequit: Quod cuz vidisset sy. pe. ⁊c. q⁹ carnales in ecclīa spūalib⁹ rectoribus in quib⁹ p̄sona christi eminet honorē gdem exteri⁹ deferūt ⁊ specietenus humiliant sub illis: sed tñ moribus non voce contradicunt: ⁊ nolunt ab illis gubernari: quorum vita ⁊ predicatio ipsorum contraria est voluntati.
Matt. 4.c marci. j. a. c matte. 8. a. marci. 1. d.

Stupor enī. Excusat petrū: nō studio malicie: sed ex humano defectu hoc dixisse. Ammirabat autē diuina dona: ⁊ quo plus meruerat hoc p̄sumebat min⁹. Et talis humilitas meret piam dñi cōsolationē.

Noli timere ⁊c. Beda. Non recedit: sed ad littus producit: ⁊ viuificādi ptātē tribuit. In quo significat: q⁹ spūalis viri ⁊ si pctis turbaruz cōmoti: nō tñ debēt habere volūtatē dimittēdi ecclesiasticū mun⁹ vt securi⁹ ⁊ tranquillius viuant. Nemo de sue conscientia culpe tremēs: vel de alioz innocentia stupens: sanctitatis iter formidet aggredi.

Ex hoc iā hoies eris. Be. hoc ad ipsū petrū spāliter ptinet: cui exponitur: qd captura significet piscīū. Sz sicut tūc p rhetia pisces sic per x̄ba aliq̄n capiet hoies: in quo petro est typus totius ecclesie.

Relictis oib⁹. Beda. Allystice finē seculi significat quo ab huiꝰmōdi salo qui christo inhesserint: penitus sunt recessuri.

In vna ciui. Hic duo aduent⁹ in capharnaū notant. Prim⁹ incarcerato iohāne q̄n fecit cōtinue illa tria miracula. Secūdus q̄n descēdit de monte electis aplis: q̄n fit istud miraculū de leprosō.

Vir plen⁹. Amb. Be. Quarto signo ex q̄ in capharnaū venit iste sanat. Nā sic q̄rtū die sole illuiauit: ⁊ clariorē ceteris fecit die⁹ cū illuceret.

delyra

Rūpebat aūt rhe. eo. Exq̄ p̄z duplex miraculū: q⁹ nō solū ceperāt magnā mltitudinē piscīū supra modū solitū ⁊ possibilē p̄ viā hūanā: ꝫ etiā illa mltitudo tenebat in rhete rupto: iō subdit: i Dō cū vi. simon pe. ꝓci. ad ge. iesu. ꝓpter p̄dicta miracula facta. o. l⁹ Exi a me dñe q⁹ hō pctōr sū. reputabat enī se idignū p̄nia tā sēē p̄sone. l Stupor enī circū. cū. i. admiratio magn̄ ꝓp̄ facta xp̄i īsolita. m Et ait ad si. ie. ipsū ꝓsolādo. n Noli ti. ex h. i. de ceto. o Jā e. ho. capiēs p sanā doctrinā trahēdo ad vitā beatā. Verbū enī dei hamo piscatoris cōpar: q⁹ sic hamo nō capit piscē nisi ab ipo capiat: sic nec x̄bū dei capit hoiez ad vitā etnā nisi ipsū x̄bū mēte ipsi⁹ capiat. p Et subdu. ad ter. na. relic. o. sc. sūt cū. s. simō petr⁹ ⁊ alij q̄ erāt cū eo. Et ly ādreas h nō notat: tñ itelligit ibi fuisse ꝫ q⁹ dic Aug vt hī ex x̄bis Mat. iiij. ⁊ Mar. i. dicūt tñ aliq̄ q⁹ isti ñ secuti fuerūt xp̄m tūc ei totaliter inhērēdo: ꝫ cā reuertētie aliquātulū secuti sūt cū associādo: ad p̄pa tñ reuersuri: sed postea vocati sūt nō reuersuri ampli⁹ ad p̄pria: de qua vocatiōe logtur matthe⁹ ⁊ marc⁹. Alij x̄o dicūt q⁹ ista vocatio de q̄ hic logtur lucas ē eadē cū illa de q̄ logtur matthe⁹ ⁊ marcus: q⁹ vocati sunt simplicit ad societatē christi: ⁊ hoc videt verī⁹ q⁹ hic dicit: relictis oib⁹ secuti sunt eū: q⁹ modus loquēdi p̄pe nō ꝫuenit nisi adherētibus christo totalit. Itē q⁹ hic dicit petro a christo. Ex hoc iā eris hoies capiēs i. de cetero vacabis p̄dicatiōi: ⁊ tali mō loquēdi vtunt⁹ matheus ⁊ marc⁹ g

cerent elemẽta mũdi: sic ⁊ hoc clariꝰ opꝰ ꝺz estimari. Scõm matthẽũ post nouũ testiũ in monte datũ: hic primꝰa dño sanatꝰ inducit: vt ille q excludebat a lege: purgari se dñi ptãte psumẽs: nõ ex lege sed supra legẽ esse gratiam indicaret: qua lepꝛosi maculã posset abluere.

Et procidẽs. Sicut hũilis ⁊ vite suc maculas erubescẽs: ⁊ ꝓfessionez verecũdia nõ reꝓmens ſz de tecto vulnere remedium querẽs.

Si vis potes. Ambꝛo. Be. Sic in dño protestaꝛ auctas: ita in isto fidei cõstantia declaraꝛ.

Tetigit. Ꝓpter hũilitatẽ: vt nos doceret nullũ spernẽ ꝓ aliq̃ corꝓoris maculatiõe. Tãgit nõ dedignatꝰ: impat nõ diffisus: adhibet opis testimoniũ: volo dic, ꝓpter fotinũ: impat, ꝓpt arriũ: tangit, ꝓpter manicheũ.

Beda. Tetigit nõ qn sine tactu sanare posset: ꝫ vt indicet se nõ subiectũ legi cẽ: ꝫ dñm legis ostendens: qui nõ timet contagium.

Et cõfestim le. ⁊c. Amb. sup hũc locũ. Vides ꝙ dubitari non põt qꝛ volũtas dei ptãs est.

Beda. Ubi lepꝛosus mũdaꝛ nõ exꝓimit loc⁹: vt ofiaꝛ nõ vnus ꝓpꝛis alicuiꝰ ciuitaꝛ spãlis: ꝫ oluz populos fuisse sanatos.

Beda. Typice. Le ꝓsus genꝰ hũanũ significat plenũ lepꝛa: qõ ertẽta manu. i. ꝟbo dei hũanã ꝓtingẽte naturã: a pꝛi sci erꝛoꝛis varietate mũdaꝛ: vt diu abolẽbiles ⁊ seq̃ſtrati: iaz queãt tẽplo reddi. Tẽplũ dei sctm̃ ẽ qõ estis vos. Et sacerdoti offerri. De q̃ dr: Tu es s. i. s. o. m. Et offerãt, p emũdatiõe corꝓa sua: hostiã viuẽ. scãm deo placẽtẽ.

Ꝓcepit illi vt. Be. Tacere iubet nec taceri põt. Non ꝙ aliqd voluerit ⁊ nõ potuerit: sed ꝺat exemꝓluz: vt sui in magnis que faciunt latere velint. Sed vt ꝓsint aliis: ꝓꝺanꝺ inuiti.

Hyla. Docet nõ vulgãda nꝛa bñficia: ꝫ pmẽda vt nõ solũ a mercede abstineam⁹ pecunie: ꝫ etiã gfe. Jactãtia vitata facit ne lepꝛa possit transire in medicũ. Jdeo etiam imperaꝛ silentiũ: qꝛ mulieres putabat qui fide magis spontanea q̃ qui speratis beneficiis credidissent.

Ostẽde te sa. Be. Ut intelligeret sacerdos nõ legis ordine: ꝫ gfa dei curatũ. Offer: nõ soluit legẽ ꝫ implet: q pm legẽ gradiẽs: supra legẽ sanare eos quos remedia legis nõ sanauerant videꝛ. Sicut precepit Moyses. Ꝛ er spũalis est ideo videꝛ sacrificiũ spirituale mandasse: vt sit in testimoniũ illis: si deo credant: si impietate lepꝛa discedat.

Et cõueniebãt turbe ⁊c. Be. Sanatio vniꝰ multas ad dñm cogit turbas. Ut enĩ ipse interiꝰ ⁊ exteriꝰ se sanatũ doceret: ꝓceptũ bñficiũ etiam iussus nõ tacet. Sz vt marcus ait: euãgelico functꝰ officio moꝛ egressus cepit ꝓdicare ⁊ diffamare pmonẽ: ita vt nõ posset manifeste in ciuitatẽ introire: ꝫ foris in desertis locis esse: ⁊ cõueniebant ad cuz vndiq̃.

Et orabat ⁊c. Aũ oꝛat theoꝛicã vitã: qñ sanat actiuã informat.

Beda. Sanat vt deꝰ: oꝛat vt hõ. Jn vbe miracula facit: in deserto oꝛat: vt ⁊ actiue ⁊ cõtẽplatiue documẽta monstret: ne quis ꝓ cura ꝓximi amoꝛẽ dei: vel ꝓ amoꝛe dei q̃uis sit superioꝛ: curã dimittat ꝓximi.

Jn desertũ secedit ⁊ oꝛat: q erurgentẽ strepitũ vitioꝛ premit ⁊ quoddã sibi cũ dño intra se desertuz querit: vt cum illo exterioꝛe tumultu cessante per interna desideria silenter loquatur.

Et factũ est. ⁊c. Beda. Ubi sedens docuerit lucas breuiandi gratia preteriit. Sed mattheus in ciuitate sua: marcus in capharnaum hoc eum fecisse testatur. Sed ciuitas christi dicitur galilea: in qua erat naçareth ⁊ capharnaũ: ad distinctionẽ regionis trãsmarine geraçenoꝛ: de qua transfretãdo venerat galileã: sicut mattheus scribit: Uel ipsa capharnaum ciuitas christi est: quã nõ nascendo: sed virtutibus illustrãdo suam fecerat.

Nicolaus

ꝑm alios describũt vocationẽ eoꝝ simpliciter adherẽdo christo absq̃ reuersione ad ꝓpa. a Et factũ est. Hic ꝓnter describit vocatoꝛ ꝓfirmatio p opa miraculoꝛ. ⁊ describũtur hic duo miracula. Primũ ẽ de lepꝛoso sanato. secũdũ de paralytico curato. ibi: Et factũ est in vna dieꝝ. Sententia ꝓme paꝛ patet ex dcis Matth. viij. A. ⁊ Mar. j. B. excepto qꝺ

Et erãt pha. ⁊c. Ambꝛo. Jnter ceteroꝛ remedia debiliũ: cõuenienti bus ex oi parte doctoꝛib⁹ hec paralytici sanatio describit. vt magna ⁊ magne rei significatiua. Unde oꝛasse pmittit: non ꝓpter suffragiũ: sed ꝓpter vandũ exẽplũ. Jn quo docet vnusquisq̃ eger petẽde salutis precatoꝛes adhibere: per q̃s vite nre cõpago resoluta: actuũq̃ nroꝛ clauda vestigia ꝛbi celestꝫ remedio reformẽt.

Uiri portãtes in lecto h. ⁊c. Allego. Jd est: erigẽtes ad superioꝛa animũ holuz: q̃uis exteris hois debilitate coꝛpẽtem: quoq̃ rursus adminiculis: ⁊ attollere ⁊ humiliare se facilꝰ añ iesũ l oectur: dñico dignꝰ videri aspectu. Humilitatẽ enim respicit deus. matte. 9. b. marci. 2. b. ioan. 5. a.

Et querebãt eũ ⁊c. Beda. Desiderant offerre: ꝫ turba interposita recludunt: qꝛ sepe alia post infirmi coꝛpis desidiam ad deũ respiciens. ⁊ diuina gfa innouari desiderans: pristine cõuersationis obstaculo retardaꝛ. Sepe dũ cũ deo in oꝛonib⁹ colloqr: turba cogitationũ iteruenies aciez mẽtis ne rps videaꝛ intercludit. Sz nõ est exteriꝰ in infirmis vbi turbe tumultuaꝛ remanẽdũ: ꝫ tectũ dom⁹ in q̃ rps docet ascẽdẽdũ. i. sacre scripture sublimitas ẽ appẽtẽda ⁊ lex dei nocte dieq̃ meditãda: qꝛ in custodiẽdo sermones dei coꝛrigit iuniꝛ viã suã. Et patefacto tecto. i. reseraꝛ scriptur⁹ leger sbmittit: qꝛ ad rpi hũilitatẽ fidei pietate descẽdit. ⁊ ad rpi noticiã venitur. matte. 9. a. matte. 9. d. E

Et p tegulas. Be. Domꝰ iesu tegulis tecta describit: qꝛ sub cõtẽptibili litterarũ velamine si assit doctoꝛ q reseret diuina spũalis gratie virtus inuenitur. Ꝛ cum lecto deponit significat ab homine adhuc in ista carne constituto christum debere cognosci.

Quoꝝ fidẽ. Beda. Multum valet fides ꝓpria cuiusq̃: cũ per alienam fidem homo interius ⁊ exterius sit saluatus.

Beda. Nec curatio paralytici significat saluationẽ anime suspirãtis ad deũ de diuturna illecebra carnalis inertie. que indiget bonis doctoribꝰ qui eam subleuẽt: ⁊ christo offerant: ⁊ ꝓ eo intercedãt. Qui apud marcum quattuoꝛ fuisse legũt: ꝓpter quattuoꝛ euangelioꝝ libros seu ꝓpter quattuoꝛ ꝛtutes: quibus ad promerendaz sospitatem mentis fiducia erigit que sunt prudenti a: fortitudo: temperantia: iustitia.

Homo remittũtur ⁊c. Tu homo peccatoꝛ: ego deꝰ qui peccata remitto: qui alioꝝ merito tibi pctã relaxo. Qui ergo peccatis grauaꝛ: adhibeat ecclesiam que pro eo precetur.

Quia pro culpa anime etiam coꝛpus infirmabatur: ideo sanaturus coꝛpus sanat animam.

Quis põt dimittere ⁊c. Nemo dimittit peccata nisi deus: qui ꝓ eos quoq̃ dimittit: quibꝰ potestatẽ dimittendi dedit. Cum ergo christus dimittat: vere deus probaꝛ. Uerũ testimoniũ deo reddũt: ꝫ personã christi negãdo fallũt. Perfidia eni cõfiteri põt: credere nõ põt: Itaq̃ testimoniũ nõ deest ꝺinitati: fides deest saluti. Deꝰ aũt volẽs saluos facere pctõres: ⁊ occultoꝝ cognitõe se deũ esse demonstrat: ⁊ ãmiratione factoꝝ illis rñdens: Quid cogitatis mala in cordib⁹ vestris? Eadẽ maiestate ⁊ potẽtia qua cogitationes vestras intueoꝛ: possum hoib⁹ delicta dimittere. Ut vobis intelligere qd paralyticus cõsequaꝛ. Sed qꝛ spũalẽ grãm nõ cognoscit: nec creditis qõ interius factũ est: ꝓbaꝛ signo visibili: qõ nõ minoꝛis ꝓstet esse potentie: vt in filio hominis latentẽ cognoscatis potentiã maiestatis: qua potest peccata dimittere vt deus.

Ut aũt cog. ⁊c. Ambꝛo. Magnꝰ sacerdos lepꝛã videbat in cordibus iudeoꝝ: ⁊ peioꝛes ostẽdit illo lepꝛoso cui purgato iussit se offerre sacerdoti. Sed hos summꝰ sacerdos repudiat: ne alios quoq̃ eoꝝ lepꝛa cõtaminet.

de lyra

segtur: b Ipse aũt secedebat i desertũ. loctꝫ ad ofiẽdũ q ꝓdicatoꝛ ꝛbi diuini ꝺz fugẽ ppũ applausuz: ⁊ retrahere aliq̃ se a multitudine ut vacet oꝛoni. c Et factũ ẽ. Hic describit de paralytico curato miraculũ qõ factũ fuit i capharnaũ: ut hꝫ Marci. ij. Et pz snia huiꝰ partꝫ q̃tũ ad curationẽ paralytici ex dcis Matth. ix. A. ⁊ q̃tũ ad pñtationẽ dicti paralytici Marci. ij.

Tibi dico surge. Be. Surgere ē alaz a carnalib⁹ desideriis abstrahere. Lectū tollere: carnē a terrenis desideriis ad volūtatē spūs attollere. Domū ire: ad paradisū redire: vel ad internā sui custodiā ne iterū peccet.

Ecce per remissionē pene remissionem culpe intellige.

Et stupor. Ambro. Spectāt surgentē incredulī mirātem abeuntem: ꝛ dīni operis miracula malūt timere ꝙ credere. Mā si crederēt nō timerent: sed diligerēt. Perfecta enim dilectio foras mittit timorem.

matte. 2. b Joan. 5. b.

Leui. Be. Idē leui q ꝛ matthe⁹. Sz lucas ꝛ marc⁹ ꝓpter honorē euā geliste nomē vulgatū tacēt. Matthe⁹ aūt i mōnis ꝓncipio accusator sui fact⁹: matthēū seu publicanū nōiat: ne qs a salute desperet ꝓ īmanitate pctōr cū ipe de publicano in aplm: de theolōcario in euāgelistam sit mutatus.

Beda. Amb. Reliquit ꝓpria: qui rapiebat aliena. Nec solum lucra reliqt vectigaliū: ſ ꝓcul ꝺ ptēnit: qō poterat venire a ꝓncīb⁹ scīs: qz rōnes vectigaliū incōpositas reliqrit. Et qz i nullo prior⁹ huj⁹ vite respectū vl cogitatōez sibi reseruauit: dñicor talētor fidelis dispēsator esse meruit.

matte. 9. a. matte. 2. b

Be. Per mathet electionē fides gētiū q pri⁹ mūdanis ihiabāt: ſ nūc corp⁹ xpi sedula deuotōe reficiūt erpmīt. Per superbiā phariseor insinuat iudeor inuidia: q̄ de gētiū salute torquet.

Quare cum pub. Amb. Dīs q̄stio ex lege que tenar iusticie: nō hz miam. Dēs ḡ declinaue rūt: ſ ci⁹ austeritatē missus filj⁹ dei gra euāgelica tpauit. Pronocat ergo ad pniam pctōres: cuius cibus ꝛ potus ꝛ ambulatio: ꝛ omnia que gessit saluti seruiunt.

matte. 9 b marci. 2. c.

Ambro. Be. Qui de domicilio xp̄z recipit in no maximis erūberātiū pascit delectatōib⁹ voluptatū. Itaq; dñs igredit: ꝛ i ei⁹q credidit recūbit affectu. Sz rurs⁹ accēdit inidia pfidor ꝛ future pene spēs p̄figurat. Expulsātib⁹ eni fidelib⁹: ꝛ i regno celor recūbētib⁹: pfida iciunia torq̄bit. Ofidit etiā q̄tū iterūt iter emulos legī ꝛ gre: qz q legē sequūt: mētis famē patiēt eternā. Qui vo i interiorib⁹ vbū receperit: alimēti celestis ꝛ fontē vbertate re creati esurire ꝛ sitire nō pūt. Et iō q āmodo ieiunāt murmurāt dicētes: q̄re cū pub. ꝛc. Filij diaboli venenū serpēt diffūdūt. Serpēs p̄mā vocē emisit dicēs eue: qd vtiq; de⁹ dixit: nolite māducare ex oi ligno: hūc imitant isti.

Medico. Christ⁹ medic⁹: q miro medicādi genere vulnerat⁹ ē ꝓpter iniquitates nostras. Hoc medicamine serpentis venenum excludit. Qui hoc medicamēto vtitur: non remanet ieiunus.

Vocare iustos. Be. Justos vocat eos: qui dei iusticiā ignorantes: ꝛ suā volētes cōstituere: iusticie dei nō sūt subiecti: ꝛ de lege p̄sumētes grām euāgelij nō querūt. Pctōres qui sua mala attendentes: nec per legē posse iustificari se putātes christi se gratie penitendo submittūt.

Quare dis. Be. Matthe⁹ dicit ipsos discipl'os ſ q̄sisse. Sed sciēdū qz vtiq; q̄sierūt.

Beda. Spūal'r discipli iobis ꝛ phariseor ieiunāt: qz q opa legis vl'traditōes hoiuz segī: vl'q etiā vocē xp̄i tm̄ aure pcipit absti nēs a bōis ieiuno corde tabescit: Sz q xp̄o adheret reficī: qz carne ei⁹ epulaī ꝛ sāguie. Jobes vinū ꝛ sicerā si bibit: qz abstinētia meritū auget: cui nulla ē potētia nāe. dñs aūt q pctā pōt cōdonare: cur a pctōrib⁹ declinaret q̄s

Nicolaus

Mar. ij. A. q̄ omittūtur in Matthēo ꝛ a Marco supplēt. a Et post ſ exiit. Hic ꝟnīter describit vocatio matthei. ꝛ ꝑmo describit ista vocatio. secūdo describit murmurātiū cōfutatio. ibi: Et murmurabāt. sentētia ꝑme parī pz ex dict Matth. ix. B. ct. L. b Et murmurabāt. Hic ꝟnīter deli dixerūt. Tertiꝰ in ꝓncipio sequētis ca. Primꝰ casus ē q: pharisei murabstinētib⁹ poterat facere iustiores? Jeiunat ꝛ christ⁹: ne ꝓceptuz declines. Mānducat cum peccatorib⁹: vt gratiā ꝛ potestatem intelligas.

Nūquid po. Be. Mdoz. Q̄diu spōsus nobiscū est ꝛ in leticia sumꝰ nec ieiunare possumus: nec lugere. Cum autem ꝓpter peccata ille recedit: tunc indicendum est ieiunium: ꝛ recipiendus est luctus.

ribus māducatis ꝛ bibitis? Et respondens iesus dixit ad illos: ſ ideo vos declino: quia putatis vos non egere ſ qui gratiam non querunt

Non egent qui sani sunt medico ſ hos iuuo: qui penitendo dant locum gratie

sed qui male habēt. Non eni venocare † iustos: sed peccatores ad penitentiaz. † ſ qui iusticie sue confidunt ſ conuerti volentes

At illi dixerūt ad euz: Quare discipuli ioannis ieiunant frequenter ꝛ obsecratiōes faciūt: similiter ꝛ phariseorū: tui aūt comedūt ꝛ bibunt? Quibus ipse ait: Nunquid potestis filios sponsi dum cuz illis est sponsus facere ieiunare? Veniēt aūt dies cū ablatus fuerit ab illis spōsus

ſ ab amore mundi non solum a cibis ſ in humilitate tribulationis

tunc ieiunabūt in illis diebus. ſ ꝛre nōdū ꝓueniat aplis ieiunium.

Dicebat aūt ꝛ similitudinē ad illos. Quiā nemo cōmissurā a veſtimēto nouo immittit i vestimētuz vetus. Alioquin ꝛ nouū rūpet: ꝛ veteri nō conueniet commissura a nouo. Et nemō mittit vinum nouū in vtres veteres. ſ ablata ſ a ieiunio vitiorum ſ vite noue misteria: nō sunt ſ qz incipit displicere ꝛ ſi placuerit com mittenda mentib⁹ ſ nondum innouatis

Alioquin rumpet vinum nouū vtres: ꝛ ipsuz effundetur: ꝛ vtres

Filios sponsi. Beda. Sponsꝰ xp̄s: spōsa ecclesia. De hoc scrō cōuiuio apli sūt creati ꝓ lauachruz regenerationis. Vñ marc⁹ filios nuptiarū cos appellat: q lugere ꝛ ieiunare nō possunt q̄diu spōsū in thalamo vidēt: ꝛ sciūt eē cū spōsa ſ q̄s trāsierint nuptie: et passiōis ꝛ resurrectionis tēpus aduenerit: tūc filij spōsi ieiunabūt: desiderātes iudicis aduentum.

Veniēt āt. Be. Quasi: facturi est: vt lugētes ieiunēt: qz estis sponsuz occisuri. Hic luct⁹ absentie spōsi: nō tm̄ post mortem spōsi: ſ ꝛ ante incarnationē illi⁹ ꝓ totū huj⁹ seculi tēp⁹ est celebratus: q̄s desiderabāt scti incarnationē. Post ascensionē xo desiderant scti aduentū iudicis. Neq; hic luct⁹ requieuit: nisi q̄diu cū discipulis dñs in carne cōuersatus est.

Mdoz. matt. 9. a. marc. 2. c.

S matte. 9. a.

Tūc ieiunabūt. De vtroq; ieiunio qō ē in tribulatiōe vl'gaudio r̄sidet. Cum ablatus erit spōsus tūc erūt in merore ꝛ luctu: donec ꝓ spm̄ scm̄ cōsolatio tribuat: q̄ dono ꝓcepto: ieiuniū qō fit per leticiā iā renouati in vitā spūalem celebrabūt. Et hic pri⁹ agit de sumio qō ptinet ad hūiliatē tribulationis. Illud aūt qō ad gaudiū mētis ptinet (q̄si mēs ad spūalia suspēdit: ꝛ iō a cibis corporcis alienat) sequētibus similitudinib⁹ significat: ostendens q carnalib⁹: ꝛ ob hoc adhuc veterem sensum trahentibus hoc genus ieiunij non congruit.

marci. 2. c.

In vestimētuz vet⁹. Be. Veteri vestimēto cōparāt discipuli: q adhuc sūt vet⁹hō. Quib⁹ nou⁹ pann⁹. i. aliq̄ pticula noue vite nō dz imitti. Dō si fit: etiā ipsa noua vestis. i. doctrina noue vite quodāmō scindit: cui⁹ pticula q̄ ad ieiuniū cibor valet: iportune tradit. cū illa docet generale ieiuniū: nō a ꝛcupiscētia ciboꝛ tm̄: ſ ab oi leticia tpaliū delectationū. Cui⁹ generalis ieiunij illa ps q̄ ad cibos ptinet: nō dz imptiri hoib⁹ adhuc veteri ꝛsuetudini dedit: qz ꝛ illic videt q̄si scissio fieri. Et ipi vetustati nō cōuenit: qz timēdū ē ne ꝓ nimiā austeritatē etiā fidē quā habebāt amittāt: qz nō deberet misceri act⁹ veteris ꝛ noui hois. Non eni placet spōso discolor vestis. vnde apls: Exuite veterem hominē c. a. ꝛ induite. n. c. s. actibus.

Vinuz nouum. Vino int⁹ reficimur: veste foris tegimur. Vestis ergo sunt bona opa q̄ foris agimus: q̄bus coā hōib⁹ luceamus. Vinū feruor fidei: spei: ꝛ charitat: q̄ in cōspectu dei i nouitate sensus int⁹ reformamur.

In vtres veteres. Be. Veteri⁹ etiā vtribus cōparātur q nouo vino i. spūalib⁹ ꝓceptis facili⁹ disrūpuntur q̄ cōtineāt. Erāt autē noui vtres cū post ascēsionē accepto spū desiderio cōsolatiōis ei⁹ orādo ꝛ sperādo innouabūt. Alit. Aie nōdū inouate: sz i vetustate malicie pseuerāti: nouor mysteriorꝛ sacra nō debēt cōmitti. Alit. Veteres vtres si scribe ꝛ pharisei. Nou⁹ pān⁹ ꝛ nouū vinū ꝓcepta euāgelij: q̄ nō pūt sustinē iudei: ne maior scissura fiat: cū qb⁹ galathe ꝓcepta legis miscebāt i vtres veteres nouū vinū. Cōueniūt aūt aplis nō his q traditōib⁹ maiorꝛ deprauati sinceritatē

de lyra

murabāt de cōiocatione christi cū pctōrib⁹ in cibo ꝛ in potu: quā murmuratione christi ofidit irrōnabilē: ꝛ pz ex dict Matth. ix. B. Secūdus casus ē q arguebāt discipulos christi eo q nō ieiunabāt sic̄ pharisei ꝛ ioānis discipuli. Sz christ⁹ eos excusabat rōnabilit. ꝛ patet snia ex dict Matth. ix. ca. hoc excepto. c Quia nemo cōmissurā a vestimēto nouo ꝛc. cōmissura idē est qō iūctura. ꝛ dicit a con qō est simul ꝛ mitto is. q̄si simul mittere.

preceptoꝝ christi nequeũt custodire. Vñ subdit: Et nẽo.b.vi.v.q; iudeis veteris vite saliuis imbutis nouc gratie ꝓcepta sordebant: q; maioꝝ traditionibus accumulati: dulcedinẽ spũaliũ ꝟboꝝ percipere non valebant.

Sed vinũ nouũ. Fragilitas hũane cõditiõis apit: cũ corpa nra exuuijs defũctoꝝ alialiũ cõparãt. Sz renouaꝝ vtrib⁹ noua vina cõdũt: cum sacka q̃ accepim⁹ iuiolata ꝟuam⁹. Nos vtres si pleni sũt: gka ꝟuat: si vacui: tinea ꝛ erugo consumit. Semper ergo sint pleni. C. VI.

Actũ est aũt. f In sabbato scõdo ꝓmo. Be. Dic̃ q̃ sabbati lka solui ceperat deuteron ꝓteron. i. scõdo ꝓmũ sabbatũ vocat: p ꝟ inuẽs obꝟuantiã legalis sabbati cessaturã: ꝛ nãlis sabbati libertatẽ: q̃ vsq; ad moysi tpa ceteroꝝ diez filis erat restituẽda q̃ credẽtes p grãm septiformis spũs a mal'opib⁹ vacãt. Sabbatum ẽ gke ad distinctionẽ legal' sabbati. scõdo ꝓmũ dr i. ꝓmũ scõdo ꝓlatũ. i. supi⁹ ꝛ dignio⁹ iferioꝝ lẽgali: vl' ordine tpis: q; ꝛ añ legẽ ꝟ sabbatuz a ꝓfib⁹ ita agebaꝫ sic nũc agit⁹ a nobis. Vel scõdo ꝓmũ dici põt: vt vnuz idẽq; noui testi sabbatũ: ꝛ scõm sit: q; p⁹ legale a nobis obꝟuat: ꝛ ꝓmũ: q; añ decreta legis a iustis obseruabaꝫ antiquis.

Scõdo ꝓmo. Ad lkam i altero sabbato q̃ post illud fuit ꝓmit⁹ secũdũ: vl q̃ occurrit pri⁹ p⁹ secũdũ ab eo quo p̃cedẽtia sunt dicta vel facta.

Per sata ꝛc̃. Mysti. Ager mũd⁹. Agri seges hũani generis fecũditas. spice fructꝰ ecclie: qb⁹ saturanꝫ apli nro sc alẽtes ꝓfectu. Vellebãt discipuli ꝛc̃. Nõ hñtes discipli spaciũ mãducãdi ꝓpter importunitatẽ turbarũ esuriebãt vt hoies: ꝟ vellẽtes spicas incdiã ꝟsolant: q̃d ẽ indiciũ austerioris vite: nõ ꝓparatas escas: ꝟ cibos simplices q̃rere. Et nota q⁹ apli lkam sabbati iã destruũt: aduers⁹ hebionitas q alios apl'os recipiunt. Paulum quasi legis transgressorem repudiant.

Be. Mysti. Discipuli esuriẽtes salutẽ hoiuz trãseũt p sata. i. p regiões q̃ albe sũt ad messem. Spicas ꝟfricãt: q; in ill'q̃s in corp⁹ xpi volũt traijcere mortificabãt veterẽ holez cũ actib⁹ suis: a terrena intẽtiõe extrahẽdo: exẽpla operũ ꝓponẽdo: aristarũ in tegumẽta remouẽdo: ꝛ grana mũdata per ora ꝓdicãtiũ mẽbris ecclie incorporãdo. Apud marcũ discipuli ꝓgrediẽtes dñm hoc egisse referũt: q; necesse ẽ vt doctoris ꝓmo pẽdat: ꝛ sic cor auditoris gka supne institutõis illustret. Sed hoc putant iudei sabbato nõ licere. Christus ꝟo nouc gratie munere designat esse otium legis opus gratie arguens doctores legis nescire legem.

Dicebãt il. ꝛc̃. Dicũt ipi dño ꝟ fuisse obiecta. Sz a diuersis: ꝛ ipi dño ꝛ discipulis potuerũt obici: ꝛ cuicũq; obiectũ sit ad ipsũ maxime respicit.

In sabbatis ꝛc̃. Sabbata signicant feriatiões: vel que in hoc seculo agunt⁹ a vacantib⁹ superstitionib⁹ iudeoꝝ: vel que in futuro agent⁹ quãdo in perpetua solẽnitate manducabim⁹ bona terre.

Nec hoc legistis ꝛc̃. Beda. Quõ dño ad crimen obiicit: q̃d in seruo ꝓ crimine non tenet⁹? Verus rex ꝛ sacerdos: ꝛ ideo dñs sabbati euulsarũ sabbato spicarum noxa non tenetur.

Nicolaus

Illa enĩ q̃ ꝟiũgũtur sil' mittunt. a Et nemo bibẽs vet⁹ vinũ. s. ꝟsuetudinarie. b Statim vult nouũ. i. repẽte. c Dicit enĩ vet⁹ melí⁹ ẽ. q; magis sapit sibi ꝓpꝑ ꝟsuetudinẽ bibẽdi: eo q⁹ ꝟsuetudo est q̃dã nã: ꝟ paulatine assuefaciẽdo ad bibẽdũ nouũ tãdẽ efficit sibi sapidũ ꝛ eo mõ hoibus ꝟuersis de nouo ad vitã pfectiõis opa incõsueta sũt eis difficilia: sz paulatine assuefaciẽdo efficiũt eis facilia ꝛ delectabilia. C. VI.

d f Actũ est aũt. Hic ponit tertiꝰ casus: q; scribe ꝛ pharisei arguebãt xpm ꝛ discipulos ei⁹ de violatione sabbati. ꝛ ꝟ in duplici casu. secũdus ponit ibi: Factũ est aũt in alio sabbato. Sentẽtia aũt istarũ duarũ ptiũ pz ex dicꝫ Matthi. xij. vbi isti duo casꝰ ponũt eodẽ ordine q̃ hic: ꝛ ex-

ꝟ nona mysteria in nouaꝫ mẽtib⁹ cõmittant

peribũt: Sed vinum nouum in vtres nouos mittendum est: ꝛ

ꝟ doctrina memorie tradit: ꝛ meo nõ ẽ sine fructu.

vtraq; ꝓseruãt. Et nẽmo bibẽs

ꝟ vult enim postea si innouatur quod etiam continet a postolis

vetus: statim vult nouuz. Dicit enĩ vet⁹ melí⁹ est. C. VI.

Actũm est autem in sab-

ꝟ vna dictio ẽ: vel due sunt dictiones

f bato secundo primo cuz transiret per sata: vellebant discipuli eius spicas: ꝛ manducabant confricantes manib⁹. Quidam autem pharisęoꝝ dicebant illis: Quid facitis quod

ꝟ ꝑm ꝓceptum legis

non licet in sabbatis? Et rñdens iesus ad eos dixit: Nec hoc legistis quod fecit dauid cuz esuriret ipse ꝛ qui cũ eo erãt quomodo intrauit in domũ dei: ꝛ panes propositionis sumpsit ꝛ mãducauit: ꝛ dedit his qui cũ eo erant quos non licebat manducare nisi tm̃ sacerdotibus. Et dicebat illis:

ꝟ preest nõ subest veteri obseruantie: ꝛ ideo nõ peccat qui ꝑm eius obseruationẽ obseruat

Quia dominus est filiꝰ homis etiam sabbati. Factum est autem

ꝟ be. sabbatis maxime curat ꝛ docet: nõ solũ ꝓpter intinu ãdũ spũale sabbatũ: sed etiã ꝓpter celebriorẽ populi conuentum

ꝛ in alio sabbato: vt intraret in synagogaz ꝛ doceret. Et erat ibi hõ ꝛ manꝰ eius dextera erat arida. Obseruabãt aũt scribe ꝛ pharisei si i sabbato curaret: vt inuenirent vnde accusarẽt illũ. Ipse

ꝟ dñs nouit cogitationes hominum q̃m vane sunt

vo sciebat cogitationes eoꝝ: ꝛ ait homini q̃ habebat manũ aridam. Surge: ꝛ sta in mediũ:] Et surgẽs stetit. Dixit autem ad illos iesus: Interrogo vos si licet sab

ꝟ exponit ꝟ. i. holem

bato bene facere an male: animã

curare ꝟ. i. a ꝓditione saluã nõ facere ꝟ quasi iratus illis obmutescentibus

saluã facere an pdere? Et circumspectis omnib⁹ dixit homini: Ex

ꝟ ad pauperẽ ꝛ ꝓximũ inues: vidue ꝟficiũ ferao extẽde ad deũ ꝑ peccatis tuis orando

tẽde manũ tuam. Et extendit: et

ꝟ q̃ crimie aruerat: succis bonoꝝ operũ salutarib⁹ irrigat ꝟ q; statim dei imperiũ segtur miraculũ

restituta est manꝰ eius. Ipsi aũ-

ꝟ. i. invidia

tẽ repleti sũt insipiẽtia ꝛ cõlloque-

ꝟ quõ eũ pderẽt

bantur ad invicem: quid nam facerent de iesu. Factum est autem in illis diebus exijt in mõtẽ ora-

ꝟ forma ꝓscribit: quã debeas emulari.

re: ꝛ erat pernoctãs in oratione

ꝟ non seculi

dei. Et cũ dies factꝰ cẽt vocauit

ꝟ vt quadratuz

discipulos suos: ꝛ elẽgit duode-

Dauid cũ esu. ꝛc̃. Be. Si dauid ꝛ abimelech excusatõe famis mãdatũ legis trãsgredientes nõ reprehẽdũt: cur eãdẽ in aplis famem nõ probatis.

Alleg. Dauid q̃ cũ sociis fugit a facie saul: significat xpm q̃ cũ discipulis latet ꝓncipẽ mũdi. Dauid obꝟuator legis panes ꝓpositionis mãducat: ꝛ dat illis q̃ cũ illo sũt: significãs sacerdotalẽ cibũ ad vsũ trãsiturũ ppłorũ: siue q; oẽs filij ecclie sũt sacerdotes vncti spũsctõ vt seipsos offerant. matte.12.a marci.3.e.

Intrauit in domũ ꝛc̃. Magna hospitalitatis gka: ꝓposito mortis piculo: nõ declinat hospitem animus sacerdotis. Et sic nos debem⁹ aliena picula in nos trãsferre. Sz ꝛ verũ dauid hospitis mẽtis nec ꝓ piculo mortis veri excludũt sacerdotes.

Nõ ꝛ ma. Be. Mystice. Nõ iste hũanũ genus figit in fecũditate boni opis arefactũ ꝓ manu in ꝓmo parẽte ad lignuz ertẽsa: quam sanat manꝰ innocẽs in cruce extẽsa. Et vbi manꝰ i synagoga erat arida: q; vbi maiꝰ donum scientie ibi maioꝝ trãsgressor subiacet culpe. matte.12.a marci.3.a. j.14.a.

Obseruabãt aũt. Be. Quia destructionẽ sabbati quã in discipłis arguebãt, ꝓbabili magistri excusauit exẽplo: nũc ipz obꝟuãdo magistrum: calũniari volũt: vt si nõ curet: crudelitatẽ vl' imbecillitatis: si curet: trãgressionis arguant.

Interrogo vos. Be. Preueniens calũniam quã sibi parabãt: arguit eos q̃ ꝓcepta legis male interꝑtãdo etiã a bõis operib⁹ sabbato feriãdũ esti mabãt: cũ ler a ꝟ. i. a malis abstinẽ ꝓcipiat in sabbo. Jn q̃ sigit i septia quiete illos q̃ in sex etatibus hui⁹ seculi bona fecerũt: nõ a bonis ꝟ a malis feriatos habituros. mat.14.c matt.10.c marci.3.b. acquã.4.b.

Jam saluã. Be. Corp⁹ curatur⁹ de aie saluatiõe interrogat: q; illa miracula ꝓpter anime salutẽ faciebat: ꝛ ipsa sanatio manꝰ: salutẽ aie significabat. Vel nomine anime: totus homo significatur.

An pdere. Be. Nõ ẽ auctor mali de⁹: sz quos nõ saluat: pdere dicit.

Extẽde. Be. Infructuose debilitas aie nullo melí⁹ ordie creat: q̃ elemosynarũ largitate. vñ dr: Nõ sit manꝰ tua ad accipiendũ porrecta: ꝛ ad dandũ collecta. Quia frustra ꝓ peccatis rogaturꝰ manꝰ ad deũ extendit: qui has ad pauperes ꝓ posse non extendit.

Insipiẽtia. Quia solo liuore ꝓmoti sunt: non enĩ culpa fuit vel hois manũ extendere: vel' iesum sanare. Magna insipientia erat de nece ei⁹ tractare: cuius beneficiis plurimũ indigebant.

Exijt in montẽ orare. Mons in quo apl'os eligit ꝛ docet altitudinem significat iusticie: q; instituẽdi erãt ꝛ ꝓdicaturi ne in infimis remaneant: sz ad supna erigant. Sic ꝛ ler in monte data fuit. Apl'os ꝑeminentiꝰ abducit: vt a mõte priꝰ montes suscipiant pacem pplo annũciandã. Sic ꝛ moyses solꝰ legẽ spũaliter intelligẽs: montis verticez in quo deꝰ erat ascendit.

Mora. Qui deũ orando q̃rit: ad supiora, pgredit: ꝟticẽ curie sublimis ascẽdit. Erat aũt dñs: nõ, ꝓ se q̃si impotẽs: sz ꝓ me sic clemẽs. Vñ statim subditur: Et cũ dies fa. esset vo. dis. s. oẽs q̃ eiꝰ magisterio discunt iter regni.

Discipulos. De quib⁹ elegit. xij. quos apl'os. i. suo loco missus nosauit. Unde: Sicut misit me pater: ꝛ ego. m. v. in mõtẽ ascẽdẽs ad se vocat:

de lyra

ponũt eodẽ mõ excepto q̃d segit: e Et ait hoi q̃ ha. ꝛc̃.] Hoc aũt fecit xps vt miraculũ esset cuidẽti⁹ ꝛ vt manifestiꝰ argueret cecitas malignãtiũ. f Ipsi. a. re. s. insi. i. irrõabili tracũdia: cũ magꝫ deberẽt cẽ grati de bñficio dino. g Et col. ad iui. qd nã f. ꝺ. ie. iã ei tractabãt ꝺ morte ipiꝰ: ꝟ xps noluit mori añ tẽpꝰ ꝓfinitũ a ꝑe vt ꝑplerẽt scꝑture, ppẽaꝫ ꝺ ignominiosa eiꝰ morte. h Factũ ẽ. a. in die. il. Postq̃ descpta ẽ vocatio pluriũ ad xpm discipłatũ: ꝟ ꝑfr describit ꝓmotio aliq̃ ex ill' ad apłatũ. ꝛ ꝓio describit dcã, ꝓmotio. scõ, ꝓmotoꝝ istructio. ibi: Et descẽdẽs ibs ꝺ mõte. Circa ꝓmũ dr: Factũ ẽ aũt ꝛc̃. p ꝟ ondit xps q, ꝓmotõi aliq̃ ad statũ dignitat⁹ in ecclia dei debẽt oiones deuote ꝓmitti. iõ subdit: i Et elegit duodecim ex ipsis

eligit quos vult: quia nō illoꝝ est studij: sz diuine gratie: vt in apostolatū vocarēt: vnde: Nō vos me elegistis sed ego elegi vos.

Nō sapientes: nō diuites: nō nobiles elegit: ne diuisse ꝓ prudētia: ne redemisse diuitijs: ne potētie nobilitatisqz auctē alijs ad grāz traxisse viderēt

Cognominauit. Nō mō ꝑmū: ꝙ lōge priꝰcū ab andrea adducctꝰ dī. Et vocabert ephas qđ interptat petrꝰ. Sed volens lucas noīa. xij. apostoloꝝ noīare: cū necesse hꝫet petrū dicere: breuit voluit innuere: qꝫ non ꝙ antea vocarēt: ꝙ ita dñs cognominauit: vt nō casu facto putet: ꝙ ex cōmutatione facta petre audiētibus cōmendaret.

Matthēū. Matthe ꝰ ꝓpari suo thome in ordine cā hūilitatē se supponit: cū a ceteris euangelistis prelatus sit.

Et descendēs. Electurus apl̄os dñs i mōtana subijt: turbas doctturus ad cāpestria redit: qz non nisi in humili turba xp̄m videre sufficiunt: et raro inuenit ꝙ vel turba dñm ad altiora seqt̄: vl̄ gspiā debilis in mōte curet: sz extincta febre libidinū et succensa luce sciētie: pedetentim quisqz subit culmen virtutum.

Maritima. Nō a ꝓximo mari galilee: qz hoc nō miraculi loco ponūt: sz a mari magno cognoīat. In quo etiā tyrus et sydon cōphēdi poterāt. Sz qz sūt ciuitates gētiū: ꝓsulte noīatim ponūt: vt quāta sit virtꝰ xp̄i intimet. que etiā exteras ciuitates excitat.

Ut audirēt. Si dicamꝰ duos esse ꝰmones ascēdit in montē et habuit sibi discipulos et post descēdit et fecit istū ad turbā. Si dicimꝰ vnū fuisse: ita intelligēdū est: ꝙ ascēdit in montē et post aliquātulū descēdit et ibi fecit sermonem vbi erat planities.

Eum tan. Tangit christū qui fidelicer credit in eum: tangit a christo qui firmat in illo. Qui sic tangit et tangit: spūs ipsius ꝛtute sanat.

Et ipse ele. o. rē. Et si generaliter obꝰ loquit: spāliter in discipulos

Nicolaus

ipsis quos et apl̄os noīauit: quibꝰ succedūt epi in ecclesia dei. a Simone quē cognoīauit petrū. Ante cōuersionē eni vocatꝰ est simon: sed postea mutatū est nomē eiꝰ. Et ex hoc inoleuit ꝓsuetudo ꝙ qñ aligs creat in papam mutat nomē eiꝰ. b Jacobū alphei. i. filiū alphei. et iste vocatꝰ est iacobꝰ iustus et frater dñi: qz erat ei valde silis in facie et in lineamētis corporis. c Judā iacobi. i. fratrē iacobi. d Et descēdēs rē. Hic ꝓnter post electionē apl̄oꝝ ponit instructio de operibꝰ perfectionis: qz promoti ad gradū maiorē debent habere maiorē cognitionē. Licz aūt sermo christi sequēs factus fuerit magni multitudini: tamē christꝰ sermonē suū ad apostolos ꝓncipaliter dirigebat. Dubitat tamē hic vtrū iste sermo fuerit idez cum illo qui a mattheo describit. v. ca. Et dicunt aliqui ꝙ sic: tuz quia hic et ibi eodem modo incipit. cum dicit: Beati pauperes rē. et eodem mō terminatur: cum dī: Omnis qui audit sermones meos et facit. versus finem huiꝰ ca. et Matth. vij. in fine Item qz illa que ponunt hic fere ibi ponūt. Aliis aūt videtur oppositū: tū qz hic dicitur: Et descēdens iesus de monte: Matth. v. dicitur. Videns iesus turbas ascendit in montem. Itez hic dicitur: Stetit in loco campestri rē. ibi aūt dicitur: Et cum sedisset accesserunt ad eum discipuli eius. Et aperiēs os suū docebat eos rē. Et ideo iste sermo et ille vident differre ꝙtum ad locū: quia iste sermo videt esse factꝰ in terra plana et campestri. Alius aūt in monte. Item ꝙtum ad faciendi modū: quia iste videtur esse factus a christo stando. alius aūt sedēdo. Itez quia multa in illo ponuntur que hic omittuntur. vt patet intuenti. Qui vult tenere ꝓmā opinionē potest dicere ad ista que videntur contrariari: dicendo ꝙ christus ꝓmo ascendit cacumen montis ad eligendū apostolos et ibi docuit eos de aliquibꝰ sedēdo ꝰm ꝙ dicit Matthēus: sed postea descendit ad aliquā partē montis planiorē que hic dicitur campestris: vt ibi cōuenientius doceret multitudinē et hoc stando: ꝰm ꝙ hic dicitur. Qz autē dicitur ꝙ hic multa omittūtur que in alio ponūtur nō obstat: quia euangeliste nō semper vniformiter referūt idem factū christi vel dictum. et quod vnus omittit alius supplet: vt sic cōueniant. et cū hoc specialia et singularia dicant. Qui autē vult tenere secundā opinionē potest dicere ad ꝓmū alterius opinionis: nō esse incōueniens ꝙ duo sermones a christo facti diuersis temporibꝰ eodem modo incipiant et terminent et eandem materiam saltem ꝓ magna parte contineant. His premissis procedenduz est ad diuisionem: quia ꝓmo describitur instructio christi directa ꝓncipaliter apostolis. secundo cōmuniter facta turbis. ca. viij. Adhuc ꝓmo ponitur dicta instructio. secundo eius confirmatio. ca. sequenti. Prima in tres quia ꝓmo in sermone premittit quasi quedam prefatio. secunda subditur ipsa instructio. ibi: Et ipse elevatis oculis. tertio infertur intenta conclusio. ibi: Omnis qui venit ad me. Circa ꝓmū describitur locus. cum dicitur: Et descendens cum illis rē. et faciendi modus. cum dicit: Stetit in loorbem fide trinitatis insignirent

cum ex ipis quos et apostolos nominauit. Simonem quē cognominauit ꝓmū: et andream frem eius. Jacobum et ioannem: philippum: et bartholomeū matthe um: et thomam: iacobū alphei: et simonem qui vocat ꝯ zelotes: iudām iacobi: et iudā scarioth: qui fuit proditor: Et descendens ꝯ cum illis de mōte: stetit in loco campestri et turba discipuloꝝ eiꝰ: et multitudo copiosa plebis ab omi iudea et samaria et hierusalez et maritima et tyri et sidonis q venerāt vt audirent eum: et sanarētur a lāguoribus suis. Et q vexabantur a spiritibus imūdis curabantur. Et omnis turba querebat eū tangere: qz virtus de illo exibat. et sanabat omēs. Et ipse eleuatis oculis i discipl'os suos dicebat:

ꝯ ibi a peccato abstinent: seculum calcant: illecebrosa non querunt ꝯ spiritu

Bti paup̄es: qz vr̄m ē regnū ꝯ iusticiam dei. Beati qui nūc esuritis: qm̄ia ꝯ de presenti saturabimini. Beati qui nūc fle

oculos leuat: vt qui intēta cordis aure ꝛbū dei ꝓcipiūt: latius saporis intimi lumen accipiāt: quibus os in mente sedens aperit: vt magna ꝓferre in eos: stans in campo oculos dirigit: vt audita patenter intelligant.

Beati pau. Qui nōdū ꝓsūmate ꝛtutis arcē cōscēdere possūt: generalis interim pfectiōis sūt btitudine pfouēdi: vt paulatim ad meliora progressi: dū dño i planicie stāte libēter auscultāt ad hūc qñqz in mōte sedētē sublimiter ascēdāt. Mazqz cordibꝰ adhuc edomādis insistit: hos qsi stans affatur. Quos lōgo studio exercitatos et iā docīles iuenit: his qsi quietꝰ residēs mystica intimat.

Beda. Quod apud matheū plenarie p. viij. btitudines dī in ꝰmone pfectiōis ad apl̄os in sūmo mōtis: ꝰ apud lucaz tēperātiꝰ p quattuor cardinales ꝛtutes cōphēditur in leuiore ꝰmone ad turbas in imo. Dicit g: matte. 5. a
Bti pau. spū. Ecce tēperātia: q etiaz facit cordis mūdiciā. Bti q nūc esuritis: q cōpatiūt alijs et miserent: et trībuūt sua: nō grētes aliena. Ecce iusticia: q etiā facit miam. Beati q nūc fletis. Ecce prudentia: que attendit qꝫ miscra hec terrena: qꝫ beata celestia: que etiā pacē facit. Beati eritis c. v. o. Ecce fortitudo q facit etiā māsuetudinē: fortis est q vincit iram et alios motꝰ animi. Cōnexe virtutes: vt q vnā habeat plures hīe videat: sed eiꝰ que fuerit vberior: et vberius premiū. Hospitalitas: et hūilitas: et sanctitas abrahe cōmendant: sed qz fide prestitit: fide pre ceteris meruit principatum.

Qui nūc esu. Qui esurit esuriēti cōpatit: cōpatiēdo largit: largiēdo fit iustꝰ: equalē se inferioribꝰ prestat: dolū excludit: veritatē requirit.

Qui nunc fle. rē. Qui propter diuitias hereditatis christi: propter panem vite eterne: propter spem celestium gaudiorum: fletus: esuriem: paupertatemqz desiderat: beatus est: multo beatior: qui has virtutes inter aduersa seruare non trepidat.

de lyra

co. et expositio patet ex dictis ꝰm duplicem opinionem. et assistens populꝰ. cum dicitur: Et turba discipulorum rē. et cause aduentus. cum dicit: Qui venerant vt audirent cum sanarenᵗ: quātum ad illos qui erant infirmi. e Quia virtus de illo exibat et sanabat omnes. non est intelligenduz ꝙ aliqua virtus existens in christo transiret ad alios eadem numero. sed iste exitus intelligitur inquātū effectus exit a causa. quia virtus diuina existēs in christo faciebat sanitates infirmis. Qualiter autem ꝰmanitas christi ad hoc operabat. dictum fuit Marci. v. ca. f Et ipse elevatis oculis. Hic cōsequēter describit ipsa instructio. et ꝓmo de actibꝰ beatitudinū. secundo de actibꝰ virtutū. ibi: Verūtamē vhe vobis. Scōm opinionē illam que dicit eūdē sermonē hic descriptū. et Matth. v. tres prime beatitudines hic posite exponant sicut exposite sunt idē. hoc addito ꝙ secūda beatitudo hic posita intelligenda est de esurie iusticie: sicut ibi ponit: Beati qui esuriunt et sitiunt iusticiam rē. Quarta aūt beatitudo hic posita que ibi ponit octaua: non est ꝓprie beatitudo dicenda: sed cōfirmatio precedentiū. vt ibi dictum fuit. Scōm opinionem aliā que dicit istum sermonē alium ab illo. dicēdū ꝙ saluator hic inducit ad quattuor virtutes que vident opposita terrene seu mūdane beatitudini quā Boetius in libro de cōsolatione vocat falsam vel mendacem felicitatē. per quas quidē virtutes deuenit ad veram beatitudinē. Beatitudo enim terrena ꝓmo consistit in abundantia temporaliū bonorū: que frequenter est occasio multorum malorū. et ideo saluator inducit ad oppositum. cum dicit: g Beati pauperes. et accipitur hic paupertas voluntaria per quam quis contemnit et abijcit a se bona temporalia quantū potest fieri bono modo. vt homo liberius vacet operibus vite comtemplatiue. h Quia vestrum est regnum dei. scz b̄ i spe: et postea erit vestruz in re. secundo consistit in hoc ꝙ bene sit homini qtū ad corpus. videlicet in cibis et potibus. et huiusmodi carnis delectabilibꝰ. et ideo saluator inducit ad oppositum dicens: i Beati q nunc esuritis. abstinētes a predictis delectabilibus qtum bono modo potest fieri ut caro redigatur in seruitutem anime. ut sic percipiātur consolationes diuine. ideo subditur: l Quia saturabimini. inchoatiue in presenti vita percipiendo predictas cōsolationes. sed perfecte in patria: scōm ꝙ dicitur ps. xvj. Satiabor cum apparuerit gloria tua. tertio consistit in temporali iocunditate inepta. ad cuius oppositū inducit dicens: l Beati qui nunc fletis. considerando ꝙ tempus presentis vite non est nisi luctus et tristitie. tum ratione culpe sine cuius cōmissione vita presens non pōt trāsire saltē qtū ad culpā venialē. tum rōne dilationis glorie. scōm ꝙ dicit Cant. v. Nūciate dilecto qz amore langueo. qrto consistit in fauore hoīuz et laude. ex quibus frequenter homines superbiunt et in alia vitia cadunt. ideo inducit ad cōtrariū.

Gaudete ⁊ exul. Inter odia cordiū: inter probra linguarū: iné mānus persequentiū: letiori corde versamini: intuitu superne mercedis.

Secūdū hec. ⁊c. Exemplo prophetarum confortat illos: quia vera dicentes persecutionem solent pati.

Verūtamē vhevo. Matthe⁹: in mōte btitudines solūmō ꝓpon. Lucas ꝛo in cāpo ctiā vhe describit improborū: q⁹ rudes adhuc auditores minis ⁊ terroribꝰ ad bona sūt cōpellēdi: pfectos satis est premijs luitari. matte.5.a.

Verūtū vhe v.d. Cū supra regnū celoꝝ pauperū esse dicat ex oppositō apparet: q⁹ ab hoc regno se alienat q ꝓsolationē q̄rit in tpalib⁹. Nec tam diuitie q̄ amor diuitiarū in culpa est.

Ady stice. Diues pplus iudaicus: vl̄ hereticus: vel pbus mundi: qui vbertate ꝛnoꝝ ⁊ facundie patrocinio delectati: simplicitatē vere fidei supgressi: thesauros inutiles cōdiderunt. ꝑm vsuz seculi de generatōe xp̄i disputātes: q in futuro egestatē fidei sue recognoscēt: cibūq⁹ perfidie que i pñti ructāt eterno macerati iciunio causaz tanti supplicii esse scient. Erit q⁹ tēp⁹ cū ris⁹ suos lugeāt. quibus bñ dicit: Vhe cuz bñdixerint vobis. q⁹ dū hic placēt potentib⁹: maledicto perpetuo se subdūt: q⁹ sic̄ pauperes esurientes: flentes: in ꝓbitatē malorum probant: sic diuitijs: epulis risuiq⁹ vacātes: mala obsequentiū clientela: maiorē fouent ad penam. matte.5.a. mos.9.a.

Qui saturati. Qui inter diuites amplis⁹ abūdatis: sicut diues qui induebaꝫ p.et.b. ⁊ epul̄. qui de digito laz̄ari querit guttam aque.

Vhe vobis q ri. Salomon. Cor sapientis vbi ē tristicia: cor stultoruz vbi est letitia: docēs stulticiā ridentib⁹: prudentiā flentibus ascribendam.

Benedixerint. Magna pars pene est petōr: sua scelera nō mō non argui: sed insuper quasi bene gesta laudari.

Diligite inimicos. ⁊c. Dicto qd ab inimicis possint pati. suppo/nit qualiter ad ipsos se debeāt habere inimicos: ⁊ hic ecclesia nō lacte imbuitur: iz validiore charitaq cibo roboraf. Nō sufficit non odisse: iz q⁹ vltra humanā naturā est ꝑcipit diligere: ⁊ cū lex vicissitudinē imperet vltionis: euangeliū inimicitijs charitatē: odijs benignitatē: maledictis vota: persequentib⁹ patientiā: esurientib⁹ etiam gratiā remunerationis impartit.

Orare pro calum. Q⁹ ꝓphete videnē imprecarī: nō vota sūt optantiū: iz p̄nūciatiōes futuroꝝ. ipsi enim pro inimicis orabant.

Et qui te percusserit ⁊c. Cū charitas patiēs sit: debet patiētiā verberantis sustinere: cum benigna sit: nō dz rīdere maledictis: si non querit que tua sunt: nō dz resistere rapienti: si nō emulatur: non debet odisse inimicum. matte.5.g.

Prebe illi. Medicus aiarū quos ad curādos ꝓpos istruit: osa q̄ ad salutē ꝓmoꝝ valere possūt tolerare precipit. Et ptinet ad miam vt tanq̄ a filijs egrotantibus ⁊ frenēticis si sal⁹ illoꝝ hoc exigat multa patiaf: donec infirmitas transeat. Quid tam mirū q̄ percutienti maxillam prebere. imo omnis indignantis impet⁹ frāgitur: ira sedaf: ⁊ per patientiā iam ille inultatur ad penitentiam. B

Vestimentum ⁊c. Nō de vestimēto ⁊ tunica dī: ⁊ in alijs est faciēdū q̄ aliq̄ iure tēporaliter nfa esse dicim⁹. Si enī de necessarijs B imperaf: multo magis superflua cōtēnere precipitur. thobi.4.c. matte.7.b. matte.5.g.

Ne repetas ⁊c. Quia charitas est patiēs. benigna est: non tm̄ iniurias inimici fortiter sustinet: iz etiā amici quoq⁹ gratia benigne ꝓnit: vt beneficijs alijs trahaf: Unde latis⁹ instruit subdēdo. Et si dili. eos.

Et prout vultis. Ne videaf legē dissolvere in bñficijs vicem seruat: quā negligit in iniurijs. Nec ait ꝓut facitis: sed prout vultis. vt. f. vo. ho. ⁊ vos fa. illis: vt vicissitudo sit cumulatio: cū votis actus equatur.

Et non tm̄ iam ad amicos opera charitatis extēdite: iz etiam ad inimicos vt amici esse incipiant: ⁊ prius affectum dilectionis: ⁊ postmodū opera extendite charitatis.

Et si diligitis. Quātū vobis gradꝰ ꝓfessionis crimior: ita necesse est vt cura sit ꝓ utis vberior: vt etiā nō amātes: charitaq sinu amplectamini.

Nicolaus

a Bti eritis cū vos ode. ho. ⁊c. nō q⁹ aliqs debeat odiū hoīum q̄rere ⁊ affectare: iz q⁹ timore hui⁹ odij nō debet veritatē vite iusticie ⁊ doctrine dimittere. b Scōm hec enī faciebāt ꝓphetis. s. veris: vt patz de hieremia quē ꝓpter veritatē ab eo dictā reputauerūt ꝓditorē ⁊ cū incarcerauerūt: ⁊ tādē lapidauerūt: vt dicunt aliq: ⁊ de esaia quē serra secauerūt. ⁊ de multis alijs. c Verūtū. Hic ꝓfr retrahit ab actib⁹ vitioꝝ. dicēs: d Vhe vobis diuitib⁹. diuitijs abutētib⁹. verūtū q⁹ multi bñ vtūf diuitijs. ꝑm q⁹ dī Eccl. xxxj. Btūs vir dives q inuēt⁹ est sine macula ⁊c. ⁊ btūs Ambro⁹ dicit: Sic diuitie impedimēta sūt reprobis: ita ꝓbis sūt adiumēta ꝓtuq. iō subdit: e Qui habet B ꝓso. ve. abutētes diuitijs ad vite voluntatem. f Vhe vo. q satu. estis. in presenti. g Quia esu. in futuro. h Vhe vo. qui nūc rideq. p ineptā leticiā ad petm̄ mortale declinātē. ꝑm q⁹ dicit: Prouer. ij. Qui letāf cū male fecerint ⁊ exultāt in reb⁹ pessimis. i Vhe cū bñdix. vo. om. ho. per applausuz talē nutrientes vos in malis: ꝑm q⁹ dī psal. xi. Laudaf petō: i desideriis aie sue. ⁊ iniqu⁹ benedicit. k Scōm hec enī fa. ꝓpheq. s. falsis q ad habēdū pplū applausū ꝓphetabāt falsū. sic pz. iij. Reg. xxij. de sedechia q fecit sibi cornua ferrea ad. ꝓphetādū falsa nō solū ꝓbis: iz etiā factis. sicut ⁊ ꝓphete veri ꝓbis ⁊ factis aliqñ vera ꝓphetabant. l Sed vobis dico. Hic ꝓfer inducit ad act⁹ ꝓtutū. ⁊ primo quantū ad ꝓtutes que perficiunt appetitū. secūdo quātū ad illas que perficiunt intellectū. ibi: Dicebat aūt illis. Illa distinctio tm̄ nō est̄ precisa iz a principaliori parte: q⁹ in qualibet ponūf aliqua pertinētia ad pfectionem intellect⁹ ⁊ volūtatis. Circa ꝑmū dicit: m Diligite inimicos vestros. pharisei ⁊ legisperiti circa hoc errabāt dicētes: q⁹ sicut amicus est diligendus: ita inimicus odiēdus: quē error remouet saluator. dicēs: Diligite ⁊c. q⁹ licz vitiū coꝝ sit odiendū. natura tm̄ est diligēda. Sciēdū tm̄ q⁹ diligere est velle alicui bonū. Tripler aūt est gen⁹ bonoꝝ: q⁹ quedā sūt spūalia que sunt bona gr̄e ⁊ glorie. ⁊ q̄tū ad hoc oēs tenemur inimicos diligere optādo eis bona gr̄e q⁹ hō nō pōt male vti. ⁊ iō tenemur ea velle ctiā inimicis. q⁹ ois hō ex charitate ē diligēdus. Alia sunt bona nature: ut fortitudo c. ꝓpis: sanitas: subtilitas ingenij: ⁊ cōsilia. Alia aūt sunt bona fortune. s. miseria: de dilatiōe bonoꝝ

tis: quia ridebitis. Beati eritis cū
ſ corde ſ pellendo
vos odcerint homines: ⁊ cū sepa
de synagogis ſ nomen crucifixi
rauerint vos: ⁊ exprobrauerit: ⁊
ſ quātū ad iudeos ⁊ gentiles: nomē xp̄ianū sepe a memoria abrasum ⁊ eiectū est ab hoīb⁹.
eiecerint nomen vestrum tanq̄
ſ nulla a'ia cā ſ cuius nomē vērum facitis cognomē.
malum propter filium hominis.
Gaudete in illa die ⁊ exultate: ec
ſ multa patiēbus in terris multa merces erit in celis.
ce enī merces vestra multa ē in ce
lo. Scōm hec enim faciebant pro

ſ qui timore non desiciebant a veritate † ſ nūc q̄dem possunt exprobrare ⁊ eijcere sed inde eis vhe.
phetis patres eoruz. † Verunta/
ſ ga pdetis vsum tēporaliū quē nūc odligitis.
† ſ orra necessarias tēporis miserias
mē vhe vobis diuitib⁹ † qui hā/
ſ quā q̄ritis ſ q in desiderijs vobis placētes: nullam
betis consolationē vestrā. Vhe
veri boni famen patimini † ſ .f. epicuris
† vobis q saturati estis: q⁹ esuri/
etis. Vhe vobis q nūc ridetis:
q⁹ lugebitis ⁊ flebitis. Vhe cum
bñdixerit vobis oēs hoies. Se/

ſ .i. bñdicebāt pseudo ꝓphetis: q ob captandū vulgi fauorem de corde suo ꝓphetabant
cundū hec faciebant pseudo pro
phetis patres eoruū. Sed vobis
ſ hoc pfectum nō impossibile
dico qui auditis. Diligite inimi
ſ holes nō vitia ſ mīstrādo dbū mētis vel ēt corpis
cos vestros: benefacite his q ode
ſ bona optate ſ hinc aplis maledicimur
⁊ bñdicimus blasphemamur ⁊ obsecramus:
runt vos. Benedicite maledicen
tib⁹ vobis: ⁊ orate pro calumnia
tibus vos. Et qui te percusserit i
maxillaz vnā: prebe illi ⁊ alterā.
ſ exterius
Et ab eo qui aufert tibi vestimen
ſ interius:
tum: etiam tunicam: noli prohi/
ſ q⁹ parū ē nō nocere: addit de bñficijs ſ rē vl̄ coere
bere. Omni aūt petēti te tribue:
ctione † ſ domū: fundū: ⁊ generaliter quācūq⁹ pecuniaz. ſ cū lite ⁊ cōtentione.
⁊ qui aufert que† tua sūt ne repe/
tas. Et prout vultis vt faciāt vo
bis hoies: ⁊ vos facite illis simi
ſ ideo quia
liter. Et si diligitis illos q vos di
ligūt: que vobis est gratia? Naz

humanitie: honores: ⁊ filia. ⁊ istis duplicib⁹ bonis possūt hoses bñ vti ⁊ male. ꝓpter qō talia nō tenemur inimicis velle nisi inq̄tū faciūt ad eoꝝ salutez. n Bñfacite his q vos oderūt. Bñficētia est effect⁹ dilectiōis. ⁊ iō ꝓportionaf ei sic̄ effect⁹ sue cāe. ⁊ iō tenemur bñfacere inimicis in his que spectāt ad eoꝝ salutē ꝓ loco ⁊ tpe ⁊ alijs circūstātijs debitis cōcurrētib⁹. nō aūt tenemur in alijs: ⁊ q⁹ est quoddā bñficiū qō a quolibet q̄tūcūq⁹ paupere pōt exhiberi ⁊ ptinet ad salutē. s. orare ꝓ salute alarū. ⁊ iō istud bñficiū ꝓ loco ⁊ tpe ⁊ alijs circūstantijs tenemur exhibere etiā inimicis. ideo subdit: o Bñdicite maledicentib⁹ vobis. impēdo eis bona gr̄e ⁊ glie. p Et orate ꝓ calūniātib⁹ vos. optādo eis dicta bona. q Et q ꝑcutit te in maxillā prebe illi ⁊ alterā. istud nō ē intelligēdū sp q̄tū ad effectū exteriorē. vñ ⁊ xp̄s in maxilla pcuss⁹. vt hz Jo. xviij. nō obtulit aliā: ꝑ magis ꝑcutiētē se charitative correxit dicēs: Si male locut⁹ fuz: testimoniū phibe de malo. si aūt bñ cur me cedis? ꝑ est intelligēdū ꝑm pparationē animi ꝑm q⁹ dicit Aug⁹ li. de ꝑmone dñi in monte: q⁹ hō debet hīe animuz pparatū ad sustinēdā pcussionē in illa maxilla añq̄ suscitaret scādalū vel aliqd aliud p̄ charitatē. r Qui aufert tibi vestimētū aut tunicā. noli phibē: eo mō intelligēdū ē ꝑm pparationē animi i casu ꝓsili. nō aūt in casu in q̄ ex tali pmissione nutriret⁹ rapiēs i malicia sua: imo i tali casu nō cēt bonū sustinē nisi ꝓpter scādalū vl̄ aliqd aliud mai⁹ malū cuitādū. s Oī aūt petē. te tri. s. donū vl̄ ꝓbū. ꝑm q⁹ dicit Aug. q⁹ si irrōnabiliter petat tribuēdū ē ei ꝓbū oñdēdo q⁹ irrōnabiliter petat: ⁊ tūc sic dicit Aug. Melius enī ei aliqd dab cū iuste petētē coercerez. si aūt rōnabiliter petat tribuēdū ē ei donū qō petit: ⁊ si sit i necessitate extrema posit⁹. tal⁹ datio cadit sb pcepto. vñ dicit btūs Amb. Pasche fame morientē: si nō pauisti occidisti: alis ē supererogatōis. t Et q auq̄ tua sūt ne repetas. s. i iudicio. ⁊ B intelligēdū ē ꝑm pparationē animi sic̄ dictū ē de auferēte vestimētū. v Et, put vultis vt fa. vo. ho. ⁊c. hoc intelligitur de velle rōnabili ⁊ ordinato tm̄. x Et vos facite illis silr. Istud facere in casu necessitatis est precepti. in alijs supererogatiōis. y Et si diligitis illos qui vos diligūt. tantūmō. z Que vobis est gr̄a. i. merces a deo reddenda in eterna vita. q.d. nulla: quia talis dilectio non pro-

cedit

Duo sunt genera beneficij; vel cum beniuole donamus quod damus: vel cum redditurο cōmodamus.

Uerūtamen diligite. ꝓ dilectionē: ⁊ mutuū beneficiū peccatorum quasi infructuosa redarguit: nūc qualiter hic a fidelibus fructuose fieri debeant ostendit: quasi ⁊ cuis peccatoribꝰ nō ꝓsit talis dilectio: ⁊ mutuum beneficiū: tñ vos diligite: nō tñ ductu nature sicut illi amicos: ſz altiori gradu virtutis inimicos.

Ꝓbi in tres partes diuidūt iusticiā: vnā i deuz que pietas dī: Alteraz in parētes: vel reliquuz humanū genꝰ. Tertiā i mortuos: vt his exequiarum iusta soluant. Sz dñs legis oraculuz: ⁊ ꝓbie fastigiū supgressus: i eos q̄z qui leserint: pietatis porrexit officium.

Nihil inde sperātes. Nō in hominē spez mercedis figētes: qui siue reddat qđ cōmodastis: reddet tñ ⁊ deꝰ quo iubente fecistis. siue nō reddat: hereditas vra i eternū erit.

Estote ergo ⁊c. Ꝓluit sup malos ꝓ uentus terra non negat idez: sol bonos ⁊ malos illuminat. Mystice pplm in deoz ꝓpheticis pluuijs irrigat: ⁊ nō merentibus radiꝰ eterni solis refulsit. Si ergo illi crediderint: estote eis misericordes: docendo: ⁊ extollēdo: ⁊ nolite temere iudicare ne qs sui ꝓscius delicti: ſ alterū cogat ferre sententiam.

Molite iudicare. Sūt quedā media ⁊ incerta q̄ alo fiant: qz bene ⁊ male possunt fieri. Nescimꝰ ēt qualis futurus est q nūc apparet malus: de cuius correctiōe desperare etiaz quasi abiectum reprehendere temerarium est.

De apertis que bono animo fieri nō possunt: ꝓmittit nobis iudicare.

Eadem quippe mēsura ⁊c. Generaliter de oibus potest accipi: quo mēte: manu: lingua: agunt: qz ſm opera singulorꝫ reddet deus.

Eadē quippe mē. Ambro. Nō iniqua mēsura rependet deus: sed est ac si dicat. ipsa temeritas iudicandi ⁊ iniqua mēsura tibi nocet: te punit: ⁊ sepe non illum de quo hoc agis: vel si recte iudicas ⁊ meritis tibi prodest: te saluat: ⁊ si aliquando non illum cui hec impendis.

Dicebat autem ll. ⁊c. Similitudinem per quā inuitat ad elemosynaz dandam ⁊ ad dimittendam iniuriam.

Nunquid pōt cecus cecū. Si ꝓtra violentū ira te cecauerit: si ꝓtra petentē auarus eris: nūqd vitiata mēte tua: vitiū eiꝰ curare poteris? Nec solum qui tibi iniuriam fecit: sed etiā tu qui ferre nescis reus eris. Sed si imꝓbitas illius te tranquillum inuenit: ⁊ ille penitebit: ⁊ tu de patientia coronaberis: qz cecum vidente oculo. i. sereno corde ad lumen ducere curasti.

Sicut magister. Deus non suas vlcisciē iniurias: sed tolerādo pſecutores mitiores reddere voluit: discipuli qui homines sunt hanc regulam perfectionis debent imitari.

ꝙ ethnici ⁊ publicani ꝙ natura duce ⁊ peccatores diligētes se diligūt. ꝙ ideo qz ꝙ vel vobis bñfaciunt Et si benēfeceritis his qui vos diligunt: q̄ vobis gratia est? Siquidem ⁊ peccatores hoc faciunt. Et si mūtuuz dederitis his a quibꝰ ꝙ ex hoc solo qđ speratis recipet sperastis recipere: q̄ gratia erit vo nō ꝓ deo datis ꝙ commodant: bis? Naz ⁊ pēccatores fenerātur peccatoribus: ūt recipiant eq̄lia. Uerūtñ diligite inimicos vros ⁊ benefacite ⁊ mūtuū date nihil ꝙ vir a sortem ꝙ in celo inde sperantes: ⁊ erit merces vra †ꝙ dedit eis prāte filios dei fieri ꝙ coheredes christi. multa ⁊ eritis filij altissimi: quia ipse benignus est super ingratos ⁊ malos. Estote ergo misericordes sicut ⁊ pater vr misericors ē. ꝙ nō tñ in largitate beneficiorꝫ sicut misericordes: ſz etiam in iudicando

Molite iudicare ⁊ nō iudicabimini. Nolite ꝓdemnare ⁊ nō ꝓdemnabimini. Dimittite ⁊ dimittet ꝙ a deo ꝙ iniurias ꝙ ⁊ q̄dā apta ꝙ pctā vestrum ꝙ bene ficia ꝙ vita eterna vobis: date: ⁊ dabit vobis. Mē ꝙ vtilem ꝙ i. plenam ꝙ conquassatam. sūrā bonā ⁊ cōfertā ⁊ coagitatā †ꝙ erit cā vt deus det: qz occasio ꝓmerēdi fuerunt. ⁊ supereffluentē† dabūt in sinuz vestrum. Eadem quippe mēsura qua mēsi fueritis: remetietur vobis. Dicēbat autem illis ⁊ similitudinē. Nūnquid potest cecus cecuz dūcere? Nonne ambo in fo/ ꝙ in perditionem ꝙ apls hō fragilis. ueam cadunt? Nōn ē discipulus ꝙ christum deum omniporentem super magistrum. Perfectus autem oīs erit: si sit sicut magister † ꝙ leuius crimē: vel qcqđ turbat oculū mentis eius. Quid autem vides festucā ꝙ grauius crimen in oculo fratris tui. trabem autē ꝙ intentione que in oculo tuo ē nō ꝓsideras? ꝙ nō potes minus vt irā in fratre emēdare donec ma ius vt odiū: vel iuidiā pepuleris de corde tuo Aut quomodo potes dicere frī tuo: frater sine eiciam festucā de oculo tuo: ipse i oculo tuo trabez nō vides? hypocrita eiice primū T ꝙ non enim est ꝓpus doctor alij idoneus mederi: q̄ nondum se sanauerit. trabez de oculo tuo: † ⁊ tunc perspicies vt educas festucā de oculo fratris tui. Non ē enim arbor ꝙ voluntas ꝙ opera bona que facit fructus malos. ꝙ voluntas ꝙ opera Neq̄z arbor mala faciēs fructuz bonū. Unaquaq̄z enī arbor ex fructu suo cognoscit. Neq̄z enīz de spinis colligūt ficus: neq̄z de vl̄ alicuiꝰ liuoris culpe de oculo ffis. Non est enīz ar. ⁊c. Arbor bona vel mala: nō nā que a deo in oibus bona creata est: sed bona vl̄ mala voluntas fructꝰ: opa: q̄ nec bōa male voluntatis pōt ē: nec mala bōe voluntat.

Neq̄z arbor mala. Si verā vis hīc iusticiā ⁊ nō fictā: que verbis ostēdis factis imple vt sis bona arbor: ⁊ bonus fructibus oneris: qz ⁊ si fingat hypocrita nō est bonus qui facit opera mala: ⁊ si reprehendit insontez non ideo malus est qui facit opera bona. Et nota q̄ de manifestis hic agitur.

Unaquaq̄z arbor. Mali suo fructu noscunt: duz bonos opprimūt: ⁊ deū si nō verbis blasphemāt factis: ⁊ maxime p ipatientiā dinoscunt in tempore aduersitatis. Jeiunia enīz ⁊ oratio: ⁊ huiusmōi sūt simulatis vt ⁊ bonis. Sz nō debēt oues pelles suas deponē ēt si aliqñ lupi eis se ꝓtegāt.

Cognoscitur. Nō a veste: ſ ab opibꝰ q̄ fiūt ab eis cognoscunt. Quia vt spina nō facit vuā: sic bona arbor bonū: mala malum: ⁊ non ecōuerso.

Nicolaus

cedit a charitate que se ertēdit ad oēs hoses. ⁊ ideo nō ē meritoria. a Et si bñfeceritis ⁊c. eodē modo exponēdū est qz bñficētia est effectꝰ dilectiōis: vt ꝓdictū ē. b Et si mutuū dederitis. eodē mō exponendū est. c Ms ⁊ peccatores peccatoribꝰ fenerant. i. dant mutuū: qđ pz ex hoc qđ subditur: d Ut recipiāt eq̄lia. nō vltra sortē sed mutuū equale si voluerint petere. e Uerūtñ diligite inimicos vestros. hoc est iam expositū. s. f Et mutuum date nihil inde sperātes. i. nihil extra sortē nec seruitiū nec aliud: ſ ex charitate que ē ꝓncipiū ⁊ ratio merēdi apud deū. ideo subdit: g Et erit merces vestra multa ⁊ eritis filii altissimi: qz sola charitas diuidit iter filios regni ⁊ pditionis. h Estote misericordes sicut ⁊ pater vester ⁊c. deꝰ eni relenat miserias nostras nō expectādo aliqđ a nobis: sed ꝓpter suā bonitatem: sic homo debet moueri ad relenandū miseriā ꝓximi ꝓpter amorē bonitatis diuine. i Molite iudicare. qualiter aūt iudiciū sit peccatū dictuz fuit Matb. vſi. ca. k Date ⁊ dabitur vobis. s. bonū nature fortune gratie ⁊ glorie: dū tñ datio fiat ex charitate. ⁊ ideo subdit: l Mēsura bonā. q̄ntū ad bona fortune que aliqñ ꝓferunt ꝓpter opera pietatis. m Et cōfertam. q̄ntuz ad bona nature: sicut sanitas ⁊ huiusmodi que etiā aliqñ cōferunt ꝓpter opera pictatis. n Et coagitatam. q̄ntum ad bona gratie. o Et supereffluentē. q̄ntuz ad bona glorie. ⁊ ideo dicit apls. j. ad Timoth. iij. Pietas ad omnia valet: ꝓmissionez vite q̄ nūc est habens ⁊ future. p Eadem quippe mensura ⁊c. quia ſm q̄ opera pietatis sunt maiora:

Quid aūt vides festucam. Uere peccās peccantē castigare nō valet: qz q ſuppia vel odio vel alio vitio preuenti: leuia hec vel nulla iudicantes: grauiter increpāt illos q̄s a statu mētis vident: vel ira vel aliquo leui peccato perturbatos: hi tales amāt magis vituperare ⁊ condēnare: q̄z corrigere ⁊ emendare. matt. 10. c Joan. 13. b

Non cōsideras ⁊c. Apertus oculus male videt. ſ. iactantiā sui dō alij vult mederi: sed cecus se nō valet intuēri: dum in hoc deterius cadit. matte. 7. a

Hypocrita ⁊c. Si quē vis reprehēdere: primuz vide si similis ei sis. q̄ si es: pariter ingemisce: ⁊ noli eū tibi obtēperare: sed pariter conari mone. Qz si nō es similis: tñ qz olim fuisti: vel cē potuisti cōdescende: ⁊ nō ex odio ſz misericordia argue. Raro ergo nō sine magna necessitate sunt obiurgationes adhibēde: ⁊ non nisi respectu dei: remota ab oculo trabe. matte. 7. c.

Si enī odio vel liuore ofa accusare suscipiāt: ⁊ volūt videri ꝓsultores: sine exēplo sue emēdationis. Sed ꝓius debēt auferre trabem inuidie: vel malicie: vel simulationis de occulto sui cordis: vt valeāt ejicere festucaz ire B

Matt. 7. a Marc. 4. c

ꝙ matte. 7. a

3

de lyra

⁊ retributio diuina. Ista tñ maiorꝫitas nō est attēdenda semp ſm magnitudinē operis exteriorꝫis: sed magis ſm magnitudinē interiorꝫis affectus. vnde ⁊ Marci. xij. vidua que misit duo minuta in gaçophylatiū ſm testimoniū saluatoris dicit plus misisse q̄ multi diuites qui magna dona miserant.

q Dicebat aūt illis. Hic ꝓfr inducit saluator exēplū ad virtutes perficientes intellectū: que sunt sapiētia de diuinis ⁊ sciētia de humanis inātuz ordinanf in deum: ⁊ iste virtutes potissime requirunt i prelatis ⁊ rectorib⁹ aliorum cuiusmodi futuri erant apostoli ⁊ alii christi discipuli ⁊ coruz successores. ſ. episcopi ⁊ sacerdotes curati: ⁊ hoc est quod dicitur: r Nūquid potest cecus. i. carens scientia ⁊ sapientia. s Cecum ducere. i. ignorantē dirigere. q. d. nō. ideo subditur: t Nōne ambo i foueā cadūt. i. in trāsgressionez ⁊ peccatū. q. d. sic. Unde Bregorius in pastorali. Cū pastor p abrupta graditur: cōsequēs est vt grex ad precipitium sequatur. ideo sequitur: u Non est discipulus supra magistrū. ⁊ ideo non est mirū si ipsuz sequatur. vnde sequitur: x Perfectus aūt omnis erit si sit sicut magister ei⁹: quia si assimiletur bono magistro erit perfectus ſm veritatem. Si autem malo erit perfectus ſm quandam transumptionem: eo modo loquendi vt dicitur. v. metapb. Sic autem transferentes ⁊ ad mala dicimus caliniatorem perfectum ⁊ latronem perfectum: quoniam ⁊ bonos dicimꝰ ipsos ⁊ latronē bonuz ⁊ calūniatorē bonū. Et qz prelatus ⁊ rector malus non habent frontem corrigendi. ideo subditur: y Quid autem vides festucam

Neqz eniz de spinis. Nõ de spinis. i. sollicitudinibus mundi. ficus. i. dulcedo resurrectionis neqz de rubo. i. punctione vitioz. Vua. i. fructꝰ aie que sicut vua proxima terrenis corrumpitur in superioribꝰ maturatur: vel de carne que generat spinas ⁊ tribulos: non vindemiamus christuz qui sicut vua pependit in ligno.

Spina ⁊ rubꝰ heretici a quibus nullus sapientiũ sanctitatẽ vel virtutẽ po
matt.12.c. terit inuenire: sz pscindunt ⁊ cruẽtãt approximãtes. Vel spine ⁊ rubi cure scli ⁊ pũctiones vitioz. Vua ⁊ ficus dulcedo none con uersatiõis quã xps in nobis esurit: ⁊ feruor dilectiõis q letificat cor hois. Nõ õ spinis ⁊ rubis vua
matt.7.c. vl ficus: quia mẽs adhuc hois veteris pressa cõsuetudie: põt quidẽ simulare sed nõ ferre fructum noui hois. Nõ si qñ facta vel
matt.7.d. dicta maloz ꝓsũt bonis: nõ hoc facit malꝰ: sed fit de illis cõsilio dei.

Profert bonum. Diligit inimicũ: omni petẽti tribuit ⁊ huiusmodi. Profert malũ: odit amicuz: aufert aliena: nõ dat sua ⁊ hmõi que deꝰ iudicat ꝑm intẽtionẽ cordis: ⁊ vere: qz ꝺ bono vl malo corde procedit. bonus vel malus dz iudicari fructꝰ: qz ex abũdãtia cordis qõ interiꝰ latet logt os. i. ꝓcedit exteriꝰ effectꝰ: taz in verbis qꝫ in factis hoc est ꝙntũ ad diuinuz examen cui logt os cordis. Quia ex qua intentiõe verba ꝓcedunt nõ ignorat: q etiã verba que exterius bona

ſ sed
rubo vindemiant vuaz. Bõnꝰ
† ſ intentionis ⁊ cogitationis
homo de bono thesauro† cordis
ſ quentum operis
sui proꝺfert bonũ: ⁊ malus homo
ſ thesaurus cordis idẽ est qõ radix arboris: qõ de corde ꝓfert idẽ ẽ qõ arboris fructus
de malo thesauro profert malũ.
ſ quasi ex thesauro ſ deo ⁊ si non hominibus
Ex abũdãtia enĩ cordis os loqt.
Quid autẽ vocatis me domine
domine: ⁊ nõ facitis que dico ꝯ
ſ per fidem ſ cum ꝺuotione.
Omnis qui venit ad me: ⁊ audit
sermones meos ⁊ facit eos: osten
dam vobis cui similis sit. Simi
ſ ipsi xpo mediatori ſ ecclie in qua ꝓpetuo manet:
lis ẽ homini edificãti domũ: qui
fodit in altuz: ⁊ posuit fundamẽ
†ſ petra erat christus: cuius fidei ⁊ dilectioni ecclesia sancta nihil preponit ſ non in terrenis
ta i altum supra† petram. Inun
ſ persecutione insurgente
datione autẽ facta: illisum est flu

† vniuerse impulsiones ſ edificatione virtutum
ſ"fluminis impetus letificat c. dei. s.t, s.a. deus in. m: e. nõ commouebitur ſ põt irruere sed nõ diruere.
men domui illi: † ⁊ nõ potuit eã
ſ qꝫ stat nõ sibi: sed deo tribuitur
mouere: fundata enim erat su/

ſ que ergo cadit: non edificatur in christo ſ exterius: ⁊ ideo non habet occasionem
pra firmã petrã. Qui autẽ audit
ſ de quo dr: inimicus hõ hoc fecit
⁊ nõ facit: similis est homini qui
edificat domum suã supra terraz
sine fundamẽto: in qua illisus est
fluuius: ⁊ continuo cecidit: ⁊ fa/
ſ quia monita salutis cotempsit.
ſ vt in ignem eternum
cta est ruina domꝰ illiꝰ magna.

Am autez C. VII.
c † ſ stans in loco campestri
Impleſſet oia† verba sua i
†ſ ad quã ꝺscenderat. ſ de cacumie mõtꝭ
aures† plebis: intrauit ca
pharnaũ. Centurionis autez cuiusdam seruus male habẽs erãt

ſ nisi fide precantis deũ ⁊ miserentis xpi pietate' fuisset vite redditus: in quo notat qꝫ sic inimicos dilexit vt morti eriperet: ⁊ spẽ salutis perpetue daret
moriturus: qui illi erat pciosus.
Et cum audisset de iesu: misit ad
eum seniores iudeoꝝ: rogans
eum vt veniret ⁊ sanaret seruuz
eius. At illi cum venissent ad ie/
sum: rogabant eum sollicite dicẽ
tes ei: Quia dignus ẽ vt hoc illi
prestes. Diligit enim gentem no/

Illisuz est ⁊c. Põt per impetũ flumis extremi iudicij discrimen itelligi: qñ ecclia vtraqz est cõsũmata: ois qui se exaltat hũiliabit: ⁊ qui se humiliat exaltabitur.

Domui illi. Singule nostre domus quottidie: vel imundoꝝ spirituũ vl' improbox hominuz: vel sue ipsius mentis vel carnis inquietudine pulsantur. Et ꝙntũ ꝓprijs viri/
bus fidũt inclinanf: ꝙntũ ✠ matte.7.a.
luictissime petre adherẽt: labefactari nequeunt.

Supra terrã ⁊c. Diabolus mũduz qui in maligno posit est super terrã edificat: qz ad terrenoꝝ amoꝛẽ trahit. Sine fundamẽto edificat: quia peccatũ in ꝓpria natura nõ subsistit: qz malũ substantia nõ est: qõ tñ vbicunqz fit in bona natura coalescit: vel sine fundamẽto. i. sine fundo. Sicut ergo qui in puteo mergit puteꝰ fundo retinetur: sic aia lapsa qñ in quodam loco fundi consistit: si in aliqua peccati mẽsura se retinet. Sed cum peccato in quo labitur non potest esse contenta: dum ad deteriora quottidie ducitur: quasi in puteo quo concidit fundũ quo figat nõ inuenit. Concidit. Dis ꝓscia que spe fixa i deũ nõ pmanet in tẽptatiõibꝰ nõ valet psistere: ⁊ tãto plus agit: ꝙnto plus in illis que mũdi sunt a superioribꝰ dissiungit. Et vere oẽs mali vel ficte boni: ingruente qualibet temptatione: peiores fiunt. C. VII.

Am autẽ implet. Pulchre vbi pcepta cõpleuit: formã docet suoꝝ
c exequẽdi pceptoꝝ. Nã statim gẽtilis cẽturiõis seruus dño sanandus offert: i quo gẽtiles q mũdana seruitute egri tenebant: bñficio dei saluãdi exprimunt. Intrauit. Nõ ante intrauit qꝫ verba terminasset: ⁊ si statim post hec verba nõ intrauit. Prius qꝫ enĩ itraret: in ipso iteruallo mundatus est leprosus: vt matthens ponit.

Misit ad eum. Diuina prouidentia seniores iudeoꝝ mittuntur: ⁊ eis psentibꝰ languidus sanatur: vt inexcusabiles sint si credere noluerint.

Centurio amicos mittit: ne psentia sua verecũdiã dñi grauare videret: ⁊ officiũ officio ꝓuocasse. Significat autẽ: qz nos q de gẽtibꝰ credimꝰ ad deũ nõ ipsi venire possumꝰ: quẽ i carne vidẽ nõ possumꝰ ꝫ ad residẽtẽ i dextera pris. Sẽtilis ppls qñ cẽturio stipat milite virtutũ ⁊ spũaliũ pfectiõe q in cẽtũ sigtur. Sublimis: nihil terrenũ a dño sibi suisqz regrẽs: ꝫ sola eterne saluꝰ gaudia: ⁊ hi ꝓ suis. i. ꝓ his q adhuc spũ fuitut i timore ꝑmunt: dño supplicãt: vt eis paulati ad superiora ꝓuectis: pfecta dilectio foras mttat timorem. Matthẽus dicit centurionem accessisse: qõ per fidẽ intelligẽduz est. Per fidem enim vere ad deum accedit: qui in centurione a dño cõmendat. Non inuenit. t. f. in israel. Porro lucas ordine quo gestũ est exequitur: vt intelligere cogeremur: qño eũ accessisse dicit matthẽus.

Dentez ve. Mystl. Sẽtil ppls cuiꝰ figurã gestat cẽturio: nõ lõge hz a domo iesũ: tã etsi sub tecto mutare nõ audet: qz ꝑpe timẽtes eũ salutare

Nicolaus

in oculo fratris tui. hoc expositũ ẽ Matth. vij. ca. a Bonꝰ hõ de bono thesauro cordis sui. q thesaurꝰ ẽ sciẽtia ⁊ virtꝰ. b Profert bonũ. p doctrinã sanã ⁊ vitã explarẽ. c Ex abũdãtia enĩz cordis os loquit. qz ꝑm qꝫ dicit. i. per armenias. Voces sũt note. i. signa earũ passionũ que sunt in anima. Et qz mali rectores dicũt se eẽ vicarios christi. iõ subdit: d Quid autẽ vocat me dñe ⁊c.] .q. d. talis auctoritas nõ cedet vobis ad vtilitatẽ. sed magis ad damnationem. e Omnis qui venit ad me. Postqꝫ salvator premisit suam instructionem. hic consequenter inducit ad eius conserua

tionem: ⁊ pz littera ex dictis Matth. vij. C. VII.

f c Am autẽ implesset. Postqꝫ descripta est christi instructio. hic ꝓsequẽter ponit eiusdẽ instructiõis cõfirmatio. ⁊ ꝑmo signo sensibili. secũdo facto inuisibili. ibi: Rogabat autẽ illũ. Prima in duas. qz ꝑmo describunt quedã miracula facta coram turbis. secũdo coram discipulis ioannis. ibi:

de lyra

Et nũciauerũt ioanni. Circa primũ ponunt duo miracula. ꝑmũ est de suo cẽturiõis sanato. secũdũ de filio vidue resuscitato. ibi: Et factũ ẽ deinceps. Sunia ꝑme ptis pz ex dict Matth. viij. exceptis q sequunt. g Erat moriturus. ex illa infirmitate nisi p xꝑm fuisset sanatꝰ. h Qui erat illi pciosus. i. charꝰ ⁊ dilectꝰ ⁊ ꝓpter hoc vocat eiꝰ filiꝰ: Job. iiij. ca. ꝑm Chrysostomũ. Alij tñ dicũt qꝫ fuit aliud miraculũ ab isto: ⁊ etiã alia psona curata hic ⁊ ibi: vt ibidẽ pleniꝰ dicet: i Misit ad eũ seniores iudeoꝝ. Matth. viij. dicitur qꝫ ipsemet accessit ad iesũ. § nõ ẽ intelligẽdũ i psona ꝓpria: sed qz accessit per amicos ⁊ nũcios: qõ enĩz p amicos facimꝰ: facimꝰ quodãmodo p nosipsos. k Ut veniret ⁊ sanaret. cẽturio nõ rogabat vt veniret ad sanandũ: vt pz ex littera sequenti: sed seniores iudeoꝝ misit hoc petierũt ꝓter centurionis intentionẽ credentis qꝫ solo verbo posset eum curare absqz presentia corpali. l Diligit enĩz gentẽ nostrã. i. iudeos: ex quo pz qꝫ erat gẽ

tilis positus

psius que naturali lege recte vtitur: vt bona que nouit operaꝛ: eo q; illi qui vere bonus est appropiat. At illis quos erroꝛe gentilitatis crimina iũxerãt aptari potest: qđ alibi dicitur: Quidam enim eꝝ his de longe venerunt.

Jhesus aũt ibat. Solo verbo potenter curaturus: ad humilitatis cõmẽdationẽ visitare dignaꝛ languẽtẽ: ꝛ qui ad sanandũ reguli filium tre noluit. nec diuitias honoraſſe videreꝛ: ad seruũ vadit: ne seruilẽ ꝺditionem spreuisse putareꝛ. Elucet fides in opib⁹ duꝝ sanat: sed plus opaꝛ hũilitas in affectibus dum vadit.

Non sum arbi. Di. Propter vite gẽtilis cõsciẽtiaꝝ: grauari se magis dignatiõe putauit dñi q; iuuari: nec posse hẽ hospitẽ xp̃m: cui⁹ ꝛ si fide p̃ditus: nondũ tñ sacramẽtis imbutus. Sed q; qđ infirmitas hũana nõ p̃sumit: diuina gratia dare nouit: in figuraꝝ gentilis populi: ꝛ suã fidẽ nõduꝝ cathecizaꝛ a dño laudari ꝛ famulũ sanari, pmeruit.

Nam ꝛ ego ꝛc. Si ego hõ sub alio possũ imperare minoꝛibus: q̃nto magis tu q; sup oia hñs famulãtes ãgelos: potes p eoꝝ ministeria sine coꝛporis pñtia dicẽ ifirmitati vt recedat: ꝛ recedet: ꝛ sanitati vt veniat ꝛ veniet.

Nec in israel. Fides istius etiam electioꝛibus ꝛ deũ videntibus anteferꝛtur. Etiã i isto vno fides gentiũ p̃fertur israheli.

Et reuersi sunt. Matthẽus planiꝰ explicat q; dicẽte dño: sicut crediditi fiat tibi: sanat⁹ sit puer. Sed mos est beato luce ab alijs plane exposita breuiare: vel etiaꝝ de industria p̃terire: q̃ breuiter dicta ab alijs vl̃ omissa solertius dilucidare.

Inuenerunt ser. Credente dño sanaꝛ seruus: q; põt meritum dñi etiam seruis suffragari: nõ tñ fidei merito: sed etiã studio disciplineꝝ

Et factũ est ꝛc. Post sanatũ infirmũ suscitat mortuũ: q; infirmitas p̃cedit mortẽ. Que voca. naym. Nayim ẽ ciuitas galylee secũdo miliario a thabor contra meridiẽ iuxta endor qui est vicus grandis. Naym aũt interpretatur fluctus vel cõmotio.

Cum appropin. Be. Cũ verbũ caro factũ gẽtilẽ pplin p portas fidei ad celestẽ hierusalẽ iduceret: ecce iudaicus ꝑpls minoꝛ, ꝓpter pfidiã defunctꝰ efferꝛ: quẽ mater ecclia nil in mũdo q̃si ꝓpriũ possidẽs mulꝫ pploꝝ turbis circũsepta: pio affectu ploraꝛ: ꝛ ad vitã ptis lachrymis reuocare laboraꝛ. Dõ ꝛ interim i paucis iudeoꝝ ꝓuersis: ꝛ tandẽ i plenitudie ipetraꝛt.

Ecce defunctus. Defunctꝰ qui coraꝝ multis extra portam effertur: significat criminaliter peccãtẽ: ꝛ peccatũ nõ cordis cubili tegẽtẽ: ꝛ indicio operis vel locutiõis: q̃si per ostia sue ciuitatis alijs ꝓpalantes: quem sicut vnicum deflet mater ecclesia: que licet ex multis collecta pſonis. vna est tñ virgo mater ecclesia: singuli autem filij: porta qua effertur: aliqs est de sensibus quo aliquis in peccatũ coꝛruit: vt qui videt ad concupiscendum: qui aurem otiosis vel turpibus audiendis: qui linguam cõmodat litigijs.

Filius vnicus ma. ſ. Ambro. Adaꝝ de terra portaꝛ a q̃ttuoꝛ elemẽtis. vnde hõ cõstat: tangit loculus a deo. i. lignũ crucis q; perijt adaꝝ per lignũ paradisi: homo a terra portaꝛ: q̃si sola terrena cogitat vel q̃si eger ẽ: ꝛ ambulare nõ põt. Ab aqua portaꝛ: q̃si luxuriari cogitat: vel q̃si p̃ nimio frigoꝛe coꝛpus tangi non põt. Ab aere portaꝛ: q̃si oia pro laude humana facit: vel q̃si pro egritudine flare nõ põt. Ab igne poꝛtatur: q̃si auariciaꝝ cogitat: vel q̃si pro nimia febꝛe tangi non potest.

Et turba. Multi cũ dño: multi cuꝝ vidua vt viso miraculo⁹ multi dei laudatoꝛes ꝛ testes fiant.

Tetigit loculũ. Loculus quo effertur secura desperati peccatoꝛis ẽ cõsciẽtia: quẽ fert sepeliẽdũ: vel ꝺmunda desideria vel adulantiũ blãdimẽta que q̃si agger terre peccantes obruũt. Sed dño tãgẽte ꝺsciẽtiã peccatoꝛis: futuri metu iudicij: turba carnalium voluptatũ: ꝛ iniustarũ laudationũ coherceꝛtur: ꝛ mens ad se reuersa deo vocanti ad vitam occurrit: ꝛ respondet obediẽdo saluatoꝛi.

Loculus quo deferꝛ coꝛpꝰ est hũanũ: portatoꝛes sunt mali moꝛes: qui ipsuꝝ coꝛpꝰ ad mortẽ traꝛhunt. Sed ihesus loculũ tãgit: cũ fragilẽ naturã in ligno crucis erigit. Tunc stant funeris portatoꝛes: qꝛ nõ valẽt sicut prius ad mortẽ traꝛhere: tũc loquit ihesus. i. monita salutis infundit. Quo verbo auꝛdito languidus ad vitaꝝ erigit: ꝛ logꝛ de eo bonis actib⁹: ꝛ sic reddit matri.

Et resedit. Tres mortuos suscitauit dñs: filiaꝝ archisynagogi in domo. i. in cogitatione: filiũ vnicũ matris in porta. i. in verbo laçarũ in monumẽto. i. in opere. Visitauit. Dũ ꝛ verbũ semel incoꝛpari ꝓstituit: ꝛ quottidie spm̃ sanctũ i corda hoiuꝝ vt suscitent mittit.

Et nunciauerunt. Ambro. Nõ simplici coꝛde: ẽ inuidia stimulãte. Unde alibi querunt dicentes: Rabbi qui⁹ erat tecũ trans iordanẽ cui testimoniũ phibebas. c. h. b. ꝛ. o. veniũt ad eũ. Quib⁹ tũc rñdit ihs. Quia nõ põt homo accipere quicq̃ nisi. f. e. d. de celo: quibus verbis se purũ hoiez ꝛ ihesuꝝ dei filiũ declarabat. Ambro. Sed qꝛ inuidia adhuc expelli nequibat: mittit eos ad ihesũ vt hac occasione videãt signa: ꝛ correcti credant in ihesum: ꝛ magistro iterrogante sibi dicant: Tu es qui venturus es?

Beda. Brego. Nõ ait q; veniſti: q̃si. Cũ ab herede iterficiẽdus ꝛ ad inferna sũ descensurus: debeo te nũciare inferis q; nũciaui superis? An q̃ nuciabat filio dei mori: an aliũ ad hec sacra missurus es? Potuit enim phates pius quẽ venturũ p̃dixerat: nõ credidisse moriturũ: nec fide sed pietate dubitauit: qꝛ lapsus amoris fidẽ nõ ipedit. Talis enim lapsus est religiosus.

Nicolaus

tilis positus ibi ad custodiã terre a ꝓncipibus romanis. a Et synagogã ipse edificauit nobis. Iz enim haberẽt vnũ locũ tñ ad offerendũ sacrificia ꝛ oblatiões. scz tẽplũ qđ erat in hierusalẽ: tñ in singulis ciuitatib⁹ ꝛ castris habebãt loca: in qb⁹ cõueniebãt causa oratiõis ꝛ audiẽdi verbũ dei: q̃ synagoge vocabant. b Inuenerũt seruũ qui langueraꝛt sanatũ. ex verbo christi absentis vt hĩ Matth. viij. c Et factũ est. Hic ꝓfr describit miraculũ de filio vidue resuscitato. d In ciuitatẽ que vocat naym. ciuitas parua est in galylea ꝓpe montẽ thabor. e Et ibant cũ eo discipuli eius ꝛ turba copiosa. Hoc factũ est vt euidẽtiꝰ eẽt miraculũ coram multis factũ. f Ecce defunctꝰ efferebat. ad sepeliendũ. Antiquitus enim loca sepulture erãt extra ciuitates: ne ex cadaueribꝰ iterficerent habitatoꝛes ciuitatum. g Misericordia motus super eã. tum qꝛ erat vidua: tum qꝛ nõ habebat aliũ filiũ a quo posset in senectute sustentari. h Noli flere. q̃si dicat. cito consolata eris. i Et accessit ꝛ tetigit loculum. i. feretrũ. Ad hoc

turba ciuitatis mlta cũ illa. Quã ꝛ ſ misericordia mouetur ecce imitãde pietatis exẽplũ: postea suscitat in hoc fides imitãda ptãꝫ astruit cum vidisset dominꝰ: misericoꝛdia motꝰ super eã dixit illi: Noli

ſ mortuum quem mox resurgere videbis

flere. Et accessit ꝛ tetigit loculũ. Hi autez qui portabãt steterũt. Et ait: Adolescẽs tibi dico surge.

ſ interna compunctione reuiuiscens

Et resedit qui erat mortuus: ꝛ cẽ

ſ eis qui peccatũ luxerãt. v. tã reducere indicas

ſ sacerdotali iudicio sociatus communioni ecclesie.

pit loqui: ꝛ dedit illuꝝ matri sue.

ſ quãto despatior mors ale ad vitã reuocaꝫ tãto plures codẽ corrigunt ꝛ pietas dñi maioꝛ intelligit

Accepit autem oẽs timoꝛ: ꝛ magnificabãt deum dicẽtes: Quia ꝓpheta magnus surrexit in nobis: ꝛ quia deus visitauit plebẽ suã. Et exijt hic sermo in vniuersam iudeam de eo: ꝛ in oẽm circa regionem. Et nũciauerũt ioanni discipuli eius de omnib⁹ his. Et cõuocauit duos de discipulis suis ioannes: ꝛ misit ad ihesum

ſ hoc dicite

dicẽs: Tu es qui venturus es: an alium expectamus? Cum aũt veniſſent ad eum viri: dixerunt: Joannes baptista misit nos ad te dicens: Tu es qui vẽturus es an aliũ expectamus? In ipsa aũt hora curauit mlt⁹ a lãguoꝛib⁹ ꝛ plagis: ꝛ ſpiritib⁹ malis: ꝛ ce/

archisynagogi in domo. i. in cogitatione: filiũ vnicũ matris in porta. i. in verbo laçarũ in monumẽto. i. in opere. Visitauit. Dũ ꝛ verbũ semel incoꝛpari ꝓstituit: ꝛ quottidie spm̃ sanctũ i corda hoiuꝝ vt suscitent mittit.

Et nunciauerunt. Ambro. Nõ simplici coꝛde: ẽ inuidia stimulãte. Unde alibi querunt dicentes: Rabbi qui⁹ erat tecũ trans iordanẽ cui testimoniũ phibebas. c. h. b. ꝛ. o. veniũt ad eũ. Quib⁹ tũc rñdit ihs. Quia nõ põt homo accipere quicq̃ nisi. f. e. d. de celo: quibus verbis se purũ hoiez ꝛ ihesuꝝ dei filiũ declarabat. Ambro. Sed qꝛ inuidia adhuc expelli nequibat: mittit eos ad ihesũ vt hac occasione videãt signa: ꝛ correcti credant in ihesum: ꝛ magistro iterrogante sibi dicant: Tu es qui venturus es?

Beda. Brego. Nõ ait q; veniſti: q̃si. Cũ ab herede iterficiẽdus ꝛ ad inferna sũ descensurus: debeo te nũciare inferis q; nũciaui superis? An q̃ nuciabat filio dei mori: an aliũ ad hec sacra missurus es? Potuit enim phates pius quẽ venturũ p̃dixerat: nõ credidisse moriturũ: nec fide sed pietate dubitauit: qꝛ lapsus amoris fidẽ nõ ipedit. Talis enim lapsus est religiosus.

de lyra

enim tetigit vt ostẽderet q; coꝛpus suũ diuinitati vnitũ erat instrumẽtũ diuinitatis etiã in miraculis faciendis. de modo aũt cooperãdi ad hoc dictum fuit Marci. v. k Et cepit loqui. vt manifeste appareret q; erat vere resuscitatus ꝛ nõ apparenter tm̃. vñ ꝛ de simone mago legitur q; apparẽter resuscitauit quendã mortuũ. qui tũ loqui nõ poterat: p quod apparuit illã resurrectionez fuisse tm̃ apparenter. l Quia ꝓpheta magnus surrexit in nobis. i. ille magnus ꝓpheta de quo dicit Deut⁹. xviij. Prophetã suscitabo eis de medio fratrũ suoꝝ ꝛc. qđ intelligit de christo in lege ꝛ ꝓphetis promisso. ꝛ iõ subdit: m Et quia deus visitauit plebẽ suã. mittẽdo eis saluatorẽ. n Et nũciauerunt ioanni. Hic cõsequẽter ad cõfirmationem doctrine christi ponunt miracula coram discipulis ioãnis facta: cum subditur: o In ipsa autem hora curauit multos ꝛc. ꝛ per hoc respondit questioni ioannis ostendens q; ipse esset verus christus per miracula soli diuine virtuti possibilia. ideo subdit: Et, respondẽs dixit illis ꝛc.

Cõsequente r

Allego. Joānes figura est legis: que prenūcia christi pectoribꝰ pfidoꝝ ꝙ̃ carceribꝰ luce vacuatis ineluſa tenebat: ne plenū testimoniū dñice dispē sationis sine euāgelij attestatiōe ꝓferret. Mittit ergo discipulos ad christū vt supplemētū sciētie assequant: q̄ plenitudo legis est christꝰ: vt q̄ plerūq; nutabāt dicta sine factis: eo fides plenior gestoꝝ testificationibꝰ: q̄ verborū spōsionibus exhiberet: & que tūc in pectoribus iudeoꝝ velut obscurata lege nutabat eo ipso spectaculo dñice crucis: & pleno resurrectionis testimonio pāderet. Q̄ ergo lex dubie christū vēturū nūciat: euangelium vbi tot miraculoꝝ exhibitionē venisse certissime confirmat.

Et respōdens dixit: Scīes ihesus neminē sine euāgelio plene posse credere q̄ sicut fides a veteri incipit testamēto: ita ipletur in nouo: interrogatꝰ de se: nō verbo aliquo sed factis se eē signauit: non respondens ad ea q̄ interrogabantur: sed ad scandalum nunciorum.

Ceci vidēt. Cece plenus testimoniū q̄ sit filiꝰ dei: hec. n. ante euāgeliū: vel rara: vel nulla. Unde tobias oculos recepit: & ꝟ fuit angeli: nō hoīs medicina. Helyas mortuū suscitauit: ipse tñ rogauit et fleuit. Helyseus leprosuz mūdari fecit: nō tñ ibi valuit p̄cepti auctoritas: sed mysterij figura. Sz quia adhuc ista sūt dñice testificatiōis parua exēpla: addit post supradicta de cruce & obitu & sepultura: qō ē plenitudo fidei. Nulluz enīz maiꝰ diuine psone ē testimoniū: q̄ toto se vnuz obtulisse pro mūdo: ꝟ solo: plene dñs declaratur: sicut etiā a ioāne declaratus est. Ecce agnus dei: ecce q̄ tollit petā mundi.

Beatus est &c. Quasi mira quidē facio: sed abiecta pati non dedignor: & cauendum est hominibus: ne in me despiciant mortem: qui signa venerantur.

Qui non fuerit. Brego. Qui de potētia diuinitatis nō dubitauerit hoc nō ꝫ ioānē: quē mox adeo cōmēdat: ꝟ nō credētes a pfidia reuocat: et ioāni exponit qō querebat: q̄ deus saluos faciendi &. d. d. c. m. Uisis tot signis & virtutibꝰ fidelis nō potuit de morte eius dubitare sed āmirari: ꝟ infidelitū mens scandalū in illo pertulit: cū & post miracula morientez vidit.

Quid existis in &c. Ubi monuit discipulos ioannis in crucem dominicam esse credendū: cōuersus ad turbas: ad virtutem paupes ꝓuocat: ne exaltati corde: mēte instabiles: consilio infirmi: speciosa vtilibus: eternis caduca preferrent: sed crucē potius q̄ mūdi faleras tollāt. Et ideo laudat personā ioānis: qui post habito amore vite etiam iusticie formā nec mortis timore mutauit. Deserto mundus cōparat: q̄ adhuc incultus & sterilis: in quē nō est ita ꝓdeundū vt hoīes mente carnis inflatos & virtutis vacuos: & de fragilis mundi gloria iactantes: putemus esse imitandos.

Arundinē. Be. Per arundinem carnalis animus: qui cum fauore vel detractione tangitur: in qualibet partē inclinat. Sed ioannes non est arundo vento agitata: quia nulluz nec gratia blandū: nec cuiuslibet ira faciebat asperum: nec ꝓspera erigebant: nec aduersa inclinabant.

Quid existis vi. Be. Uūo in deserto ioannē videre cupiebāt: q̄ erat clausus in carcere. Totus ergo hic sermo spiritualiter est intelligendus.

Nicolaus

Cōsequēter ponit ioānis cōmēdatio: cū dī: a Et cū discessissent. magis enī voluit ioānē cōmēdare i absentia discipuloꝝ eiꝰ q̄ in p̄sentia: vt eiꝰ cōmēdatio nō ex fauore hūano: sed amore veritatis ꝓcedē videret. Cetere aūt patēt ex dictis Matthei. xi. vsq; ibi: b Et ois ppls. Ubi post ioānis cōmēdationē ponit euāgelista phariseoꝝ & legisperitoꝝ ꝓfutationez. & primo verbis populi. secūdo verbis christi. ibi: Cui ergo. Circa primū dī: Et ois populus. i. simplices & vulgares. c Et publicani. i. mundanis & publicis negociationibus occupati. d Justificauerunt deuz baptiçati baptiscis multis donauit visum. Et rñdens dixit illis: Eūtes nunciate ioanni: que vidistis & audistis. Quia ceci vidēt: claudi ābulant: leprosi mundātur: surdi audiūt: † ſ spū vel operibus illuminantur vt in predicatiōe nulla sit distantia inter pauperes & diuites mortui resurgunt: † paperes euā geliçantur: & beatus est q̄ nō fuerit scandaliçatus in me. Et cūm discessissent nunciꝫ ioannis: cepit ſ ne turbe ioannem liuore motum suspicarentur: & vt sciant eum quesisse non sibi sed discipulis † ſ que nesciebant mysterium interrogationis eius dicere de ioanne ad † turbas. Quid existis in desertuz videre? ſ qui omni vento agitatur vt leuitate mentis de me ambigat quem predicauit arundinez vento agitatam? Sz

† ſ in vna gloria ductus lucra querit pro vapibus vel vestibus: q̄ locustis viuit: & pylis camelorꝝ induit quid existis videre? † Hominem mollibus vestimētis indutū? Ec ſ qui ponunt puluinaria sub cubito qui vitam peccantium palpant non pungunt ce qui in veste preciosa sūt & i de ſ vbi aliquid venentur licijs: in domibus regum sunt. Sed quid existis videre prophe † ſ qui me venturum non tñ predixit: sed etiaz digito demonstrauit tā? Utiq; dico vobis: † & plus q̄z ſ i malachia prophetā. Hic est de quo scriptū ſ nuncium est: Ecce mitto angelum meuz an

ſ manifestationē ſ perula reddat tibi corda auditoꝝ p penitentiam predicando & baptiçando te faciem tuā: qui preparabit viā

† ſ summam virtutum eius comprehendam tuā ante te. † Dico enī vobis: ma

† ſ nō virginis. nulla enim collatio cū filio dei ior inter natos † mulierū prophe ta ioanne baptista nemo ē. Qui ſ tempore ſ dignitate autem minor est i regno dei: maior est illo. Et ōmnis popul⁹ audiens & publicāni iustificāuerunt deū: baptiçati baptismo ioānis. Pharisei aūt & legispiti con/

ſ quo mūdū p passionē xpi saluare decreuit.

† ſ vel cōtra: q̄ q̄ gram dei respuit cōtra seipm facit vel ad seipsos missū dei ꝓsilū stulti & ingrati respuebāt silium dei spreuerūt † i semetipsos nō baptiçati ab eo. Ait aūt dō minus: Cui ergō similes dicā ho ſ tot monita saluti respuentes ſ iudaice. mines generatiōis huiꝰ: & cui si/ ſ monitoribus miles sunt? Siles sūt pueris sedē ſ vbi lex & intra p mūk ſ ad illos quos monet. tibus in foro: & loquētibꝰ ad iui cez & dicētibꝰ: Cantauimꝰ vobis ſ vt cōuertimini in toto corde vro in. i. a. f. ac. ſz stulti ppls me non cognouit. tibijs & nō saltastis: lamētauimꝰ & nō ploraſtis. Uenit eniz ioan/

† ſ exemplo abstinentie sue penitentiaz vobis indicens & noluistes humiliari cum illo. nes baptista † neqz māducans pa nem neqz bibens vinū: & dicitis: ſ cibo & potu leticiam futuri seculi presignās: & noluistis cū illo gaudere: sed calūniati estis. demoniū habet. Uēit filiꝰ hois manducans & bibens: & dicitis: Ecce homo deuorator & bibens vinuz: amicꝰ publicanoꝝ & peccatoꝝ. Et iustificata est sapientia

Brego. Nota rigida vita & pdicatio dz palacia mollitū declinare: q̄ frequētant mollibꝰ iduti adulantes. Nemo putet in fluxu & studio vestium pcm̄ deesse. Alioquin de aspitate vestiū nō laudaretur. Officiū ꝓphē ē vētura pdicere: nō ctiā demōstrare. Maior ꝓpheta i quo finis ꝓphetarū. Plus q̄ pro. &c. Quia angelus nō nā: sed officio: qui supernum iudicem nunciare mittitur. Dico aūt. In hoc nō prefert patriarchis & cūctis hominibus: sed eēlis ceteris sanctis ostenditur. Qui aūt minor. Matt. 11. b. Ois sanctꝰ q̄ iā ē cū deo maior est eo: q̄ adhuc ē in mundo. Uel ego: quē minorē facit multoꝝ opinio in ecclia sanctoꝝ illi ꝓlatus suꝫ. Uel nouissimꝰ āgelus celi melior ē quouis homine.

Et ois po. Si hoc a dño dictū esse itelligitur: audiēs ioānē ppls itelligit ē designatꝰ: si ab euāgelista dō iterpositū. Audiens ipsū dñm de ioannis magnitudine dispu/ Matt. 11. c. tantē restat intelligi.

Justificauerunt. Justificat deꝰ per baptismuz: dū hoies ꝓpria peccata ꝓfitēdo se iustificāt: sic̄ scriptū ē. Dic tu iniquitates. t. vt iusti. Et iustificatur in eo: qui nō p ꝓtumaciā ꝓfutat: ꝟ p iusticiā dei munꝰ agnoscit. Justꝰ eni dñs &. i. d. In eo q̄ iustificatio dei ē: si nō ad idignos & norios: ſz ad inocētes p ablutionē factos ēt ad iustos videat sua mūera ꝓtulisse. Qui q̄ ꝓfitet dō pcm̄: iustificat deū: cedēs et vicēti: & ab eo gr̄az spans. i. baptismate: q̄ iustificat deꝰ: i q̄ ē ꝓfessio & venia pctoꝝ. Cui ergo &c. Laudato ioāne: trāsit ad increpādū illos qui nec pdicatiōe ioānis moti sunt: vel ipsius xpi pdicationem despiciunt.

Similes sunt pueris. Pueri: doctores sunt spū humiles. Foruz: synagoga vel ipsa hierusalē in q̄ iura p̄ceptoꝝ dei ꝓdebāt: q̄ cōtribulibꝰ solebāt exprobrare q̄ nec psalmis allecti ad laudes dei assurrexerunt corde deuoto: mēboꝝ agilitate: qō notat saltus: nec thrēnis. i. lamētationibus ꝓphetaꝝ ꝓ excidijs iam factis vel faciendis ad pniam sunt conuersi.

Cantauimus &c. Nuptiale carmen vbi verbo ala: spū caro nubit. In his nuptijs dauid nos voluit ludere dicēs: Exultate deo. a. n. i. d. i. s. p. & d. t. Quasi in ipso actu nuptiarū positꝰ ꝓpha: q̄daz leticia saltat. Sz nō audiuit populus meus vocem. m & nō int. m.

Uenit fi. &c. Uenit sicut tunc ita & nunc: vtranqz viā salutis respuit. lamentauimus ad ioannem: cantauimꝰ ad christū. Justificata ē sapia. Ostēdit filios sapie itelligē: nec in abstinēdo nec in māducādo esse iusticiā: sed in equanimitate tolerādi inopiam & tēperantiā: nō se cōrūpēdi p abūdantiā. Nō ē regnū dei esca & potꝰ: quoꝝ nō vsus: ꝟ ꝓcipiscētia rephēdit.

Justificata &c. Quicquid me putetis. ego tamē dei virtus & dei sapiētia iuste facere itelligo: ab aplis: qbꝰ pater reuelauit q̄ prudētibꝰ abscōdit.

de lyra

mo ioannis: ex hoc enīz q̄ audierunt christum tā excellenter cōmendantes ioannē ceperunt laudare & glorificare deum tanqz iustū & glorioſuz de hoc q̄ erant baptiçati a tanto & tali & ad penitentiaz vocati: & per hoc apparet confutatio phariseorum qui de sua scientia superbientes spreuerunt baptismum ioannis a deo institutum: & hoc est quod dicitur: Pharisei autem & legisperiti consilium dei spreuerunt &c. e Cui ergo similes dicā &c. Hic consequenter ponitur confutatio phariseorum & legisperitorum q̄ verbis christi: et patet sententia ex dictis Matthei. xi. D.

Rogabat

Rogabat. Sicut ꝓposuerat verbis. ita factis etiam astruit iustificatã sapientiam ab omnibus filijs: quia etiam a maria penitẽte post culpam.

Quidã pha. Dysti. Pharisꝰ de falsa iustitia ꝑsumẽs iudaicũ pplm figit: q dñm ad conuiuiũ inuitat: qꝝ quẽ veniẽtẽ nõ credidit vẽturꝫ spare nõ desijt: ſz adhuc cũ voto dic: Excita potẽtiã. t. r. v. Domꝰ pharisei: lex r ꝓphẽ

matt. 26. g
mar. 14. g.
Ioan. 12. g

in qꝫ ille ppls mãsionez hãe gliabat. Quã domũ in carne apparẽs ingredit: qꝝ nõ venit legẽ soluere: ſ adiplere. Discũbit: qꝝ in maiestate sua nõ itellectꝰ p formã serui visibilis est factꝰ. Cognoscit aũt gẽtilitas imũdis actibꝰ dedita p famã aplici ꝫmonis q misit deꝰ fi. ſ. in. c. f. ſ. l. si vt pharisꝰ q tm̃ ifaz at tẽdit iustificet. Sz domꝰ i. nos q gfaz spũs in lege segmur: q nõ vitupamꝰ q pctõres recipit: ſ laudamus q pctõres iustificat.

In domo pha. In cuiuscũqꝫ domo interiore cognoueris sapiaz r iustitiam recũbẽtẽ: recurre ad pedes. i. ad extremã sapie partẽ: ingre lachrymis, cõfiteri pctã: expande capillos. i. sterne añ eũ cũctas corpis tui dignitates: osculare. i. nihil nisi sapientiã loquaris: Attulit. Quot habuit i se oblectamenta: tot de se inuenit holocausta.

Mdoza. Affert vnguẽtũ: qꝝ bona opa agit: qbꝰ ecclia odore bõe opinionis respgit. vñ dicit: Christi bonus odor sum. deo i. o. l. Hiero. Alabastrũ vnguẽti. i. corpus cũ fide: stans retro. i. post ascensionez dñi: secus pedes. i. apostolos: lachrymis rigabat. i. charitate interna in deo capillis tergebat. i. superfluos cibos r vestimẽta dat: osculatur: cum omnibus pacem habet. Debebat denarios quingentos: hec sunt peccata gentiũ quinqꝫ sẽnibus cõmissa: alius quinquaginta. i. peccata iudeorum.

Secus pedes. Contra pedes stat qui in peccatis positus: itineribus dñi renitit. Sed qui ad pnlam post peccata cõuertit: iaz retro secus pedes stat dum vestigia dñi que impugnabat sequit: Lachymis pedes rigat: qui sanctoꝝ tribulationibus cõpatit: qui tristiciam illoꝝ putat esse suam: qui vltimis mẽbris christi inclinat per affectũ cõpassionis. Capillis qui corpi supfluũt: pedes quos rigauerat tergit: qui de terrena substãtia que supfluit sanctis quibus ex charitate cõpatitur incipit misereri. Pedes osculatur: q studiose diligit illos quibus sua largitur: ne sit grauis tribuenti necessitas ꝓximi. Unguẽto vngit: q bñ operãdo bone opinionis odore alios respgit: r ad bñ opandũ exẽplo suo iducit: Vel põt p pedes caro xpi significari quã osculamur dũ mysteria incarnatiõis eiꝰ diligimꝰ. Ungimꝰ: dũ ipsiꝰ hũanitatis potẽtiã sacri eloquij bona opinione ꝓdicamus. Sz phariseus hoc videns inuidet: qꝝ cũ iudei gentiles videt ꝓdicare deũ: sua malicia tabescunt. Quibꝰ dñs bona gẽtilitatis enũerat vt cognoscãt in qbꝰ malis ipsi iaceãt.

Cepit rigare ꝛc. Maria soror Lazari bis eodẽ functa est officio: se-

Nicolaus

a Rogabat aũt illũ. Descripta ꝯfirmatiõe doctrie xpi signo visibili: hic ꝯfir describit eiusdẽ ꝯfirmatio fcã iuisibili. videlz p remissionẽ pctoꝝ mulieris peccatricis. vbi ꝓ describit locꝰ cũ dr: b Et ingressus domũ pharisei discubuit. Legit aũt xps mãducasse cũ peccatoribꝰ vt eos ad penitẽtiã ꝓuocaret: vt hr Matth. ix. Itẽ cũ amicis familiaribꝰ vt eoꝝ deuotionem nutriret: vt dr Joh. xij. de martha r maria. Itẽ cũ cognatꝫ paupibꝰ vt eoꝝ inopiã suppleret: vt hr Joh. ij. de nuptijs vbi deficiẽte vino xps aquã vertit in vinũ. Itẽ cũ phariseis supbientibꝰ vt eoꝝ supbiã ꝯfutaret: ꝓut ꝟ hr vt videbit ꝓsequẽdo. c Et ecce mulier ꝛc. de peccatꝫ suis plene r pfecte cõtrita. d Et stans retro. qꝝ pre verecũdia sui peccati nõ audebat se ante ponere. e Lachrymis cepit rigare pedes eiꝰ ꝛc. ex q̃ pz magnitudo cõtritionis ex q̃ tãtũ fleuit q poterãt lauari pedes vniꝰ hois nudis pedibꝰ incedẽtis. f Et capillis capitis sui tergebat: qbꝰ ante ad cõpositionẽ vultꝰ sui fuerat abusa. g Et osculabaꝫ pedes eiꝰ: vt totũ deo seruiret i pnsa: qcqd ex se deũ cõtẽpserat in culpa: ꝫm q dicit Brego. h Et vnguẽto vngebat. ad refrigerium caloris r mitigationem doloris ex labore itineris. i Videns aũt. Hic ꝯfir ponit phariseꝰ indignatio. vñ subdit: k Ait intra se dicẽs: hic si esset ꝓpha. verus sciẽs occulta. l Sciret vtiqꝫ que

ſ. i. iustis: r post iniustitiam penitentibus

ab omnibꝰ filijs suis. Rogabat aũt illum quidam phariseus vt manducaret cuꝫ illo: r ingressus domũ pharisei discubuit. Et ec/

ſ iam penitens

cẽ mulier q̃ erat in ciuitate pecca/

†† in domo pharisei peccatrix meret veniã qꝝ cognitio peccati per legẽ tic, lex mittit ad gratiaz

trix: vt cognouit q† iesus accubu

† ſ pretendit preripere gratiam hospitis.

isset in domo pharisei † attulit a/

ſ genꝰ ẽ marmoris: in quo incorrupta fuãt vnguẽta.

labastrum vnguenti: r stãns re/

†ſ aculos qbꝰ ẽrena ꝯcipiebat iã p̃niaz ꝓterẽs plo

tro secus pedes eiꝰ † lachrymis ce

rat †ſ quos ad compositionem vultus exhibuerat.

pit rigare pedes eius: r † cãpillis

ſ lachrymis ſ ore quo supba dixe

capitis sui tergebat: et osculabaꝫ

rat ſ qõ sibi ꝓ odore sue carnis adhibuerat.

pedes eius: r vnguẽto vngebat.

ſ de falsa iustitia supbus nulla cõpassione nature motus: sue fragilitatis oblitus

Videns aũt ẽ phariseus qui vocauerat eum: ait intrã se dicens:

ſ medicum reprehendit qꝝ subuenit

Hic si esset prophẽta: sciret vtiqꝫ

†ſ vnguentum eius vitare deberet.

que r qualis esset † mulier que tã

ſ egram reprehendit de egritudine.

git eum: quia peccatrix ẽ. Et rñ/

†ſ conuincens superbum r sub specie mu

dẽns iesus † dixit ad illum: Si/

lieris commendans ecclesie meritum

mon habeo tibi aliquid dicere. At ille ait: Magister dic. Duo debitores erãt cuidã feneratori. Unus debebat denarios qngẽtos: r alius quinquagita. Non habentibus illis vnde redderẽt donauit vtriqꝫ. Quis ergo euꝫ plus diligit? Respõdes simon dixit: Estimo: qꝝ is cui plꝰ donauit.] At ille dixit ei: Recte iudicasti.

ſ per misericordiam

Et cõuersus ad mulierẽ: dixit

ſ corporaliter qdẽ videt sz mysteriũ nõ videt

Simoni: Uides hãc mulierem?

ſ iam olim intrauit cũ legẽ dedit

Intraui in domum tuam: aquã pedibus meis nõ dedisti: hec autem lachrymis rigauit pedes meos: r capillis suis tersit. Oscũlũ mihi non dedisti; hec autem ex quo intrauit nõ cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum nõ vnxisti: hec aũt vnguẽto vnxit pedes meos. Propter qõ dico tibi: remittũnt ei peccata multa qm̃ dilexit multum.] Cui aũt minus dimittitur: minꝰ diligit.

Mdoza. Sic quoqꝫ fidelis aia prius ad pedes dñi humiliata a peccatis absolucda incuruat: post crescẽtibus meritis fraglãtia lete fidei dño q̃si caput odore pfundit aromatũ. Sic etiã vniuersalis ecclia in pseñti: christi incarnatiõis: que pedum noie signat: mysteria celebrãdo: deuota redẽptori reddit obsequa. In futuro etiã hũanitatꝫ eiꝰ gloriã r diuinitatis eternitatez: qꝝ caput christi est deus: simul intuẽdo: ppetuis cõfessionuꝫ laudibus quasi pistica nardo glorificabit.

Mdysti. Duo debitores duo ppli sunt: qui deo creatori debẽt nummum. i. aiaz suam: regis imagine insignitam: r ad seruandũ sibi cõmissam. Utriusqꝫ debitũ ppli per quinariũ multiplicat: qꝝ qnqꝫ sensus sunt qbus in hac vita vtimur: quibus imaginẽ ꝓditoris quã accepimꝰ extollere debemꝰ. Sz minꝰ dz iudeꝰ cui decalogus legis p seruũ datur: plus dz xpianꝰ: cui p filiũ gfa vite cõmittitur. Ideo iudei per denariuꝫ: christiani per cẽtenariũ numerũ senꝰ accumulãt. Sed qꝝ neuter suis viribus sed gfa dei per fi. saluatur: recte dr: Nõ hñ. il. vñ. r. d. v. Plus ergo diligit ecclia gentiuꝫ q̃ iudeus: qꝝ r si ꝫm pñtẽ statum maior ei gfa cõfert: r ꝫm p̃teritum de maiori

B

feditate exhibit: plus dz q plus accepit. Nullus põt tãtũ diligẽ q̃ntũ ea q̃ in pluribꝰ diligit. Is cui plus. Secũdũ hoies plus fortasse offendit: qui plus debuerit: Sed per misericordiã dñi cã mutat: vt amplisꝰ diligat q amplius debuit: si tm̃ gfaz ꝓsequat. Recte iudicasti. Sua sentẽtia phariseus cõuincit: qꝝ sicut freneticus funẽ portat ex quo ligetur.

Intraui in do. Intraui carne assumpta in populũ iudeoꝝ. Aquaz pedibꝰ meis. Aqua extra nos est: humor lachrymaruꝫ intra nos. Infidelis aũt populus: nec exteriora pro dño incarnato tribuit. Cõuersa gentilitas nõ solũ substantiã: sed r sanguinẽ p dño fudit. Osculũ dilectiõis ẽ signuꝫ r infidelis populus ex dilectiõe ei seruire noluit. cui tm̃ ex timore seruiuit. Sed gẽtilitas vestigia osculari nõ cessat: qꝝ in eius amore cõtinue suspirat. Oleo caput meũ non vnxisti. Et si populus ille in deũ se credere r non in hominẽ fatebatur: tm̃ ipsam potentiaz diuinitatis que per miracula apparebat digna laude predicare neglexit. Sed gentilitas dum mysteriũ incarnationis credit: sũma laude etiam infima eius predicat.

Aquã pedibus. Enumerantur bona peccatricis: r mala falsi iusti.

Remittuntur ei peccata. In domo pharisei. i. in custodia legis r ꝓphete: nõ phariseus incredulus: sed peccatrix penitens glorificatur: quia ardore charitatis: in ea rubiginem delictoꝝ combussit.

de lyra

r q̃lis eẽt mulier: r p ꝯfis nõ pmittẽt se tãgi ab ea. m Et rñdẽs ihesus. ad ꝯfutationẽ illiꝰ p hoc enĩ q rñdit ad eiꝰ cogitationẽ q̃ soli deo nota ẽ: ostendit se plus q̃ ꝓphetã. n Duo debitores ꝛc. parabola est vt cõueniẽtius ꝯcludat ꝯ pharisei de sua rñsione: q̃ subdit cuꝫ dr: o Rñdens simon ꝛc.] qꝝ amor in hũanis plerũqꝫ causat ex p̃cedẽtibꝰ donis: r per ꝯfis maior amor ex maioribꝰ donis. Cõsequẽter cũ xps redarguit ex triplici defectu pietatis: cũ dr: p Intraui in domũ tuã: aquã pedibꝰ meis nõ dedisti: qui tm̃ erãt fessi r dolẽtes ex labore itineris: r lutosi seu pulueriçati: eo q sine calciamẽtis incedebat. secũdo ex defectu charitatis: cũ dr: q Osculum mihi nõ dedisti: qd ẽ amicitie signũ. tertio ex defectu hylaritatꝫ seu leticie que nõe olei designat: vt dr ps. xliiij. Propterea vnxit te deꝰ tuus ꝛc. Tria aũt dicta requrunt in hospitalitate gratiosa. Et ecõtra laudat mulierem de triplici pfectiõe opposita: vt pz in lra. r iõ cõcludit: r Remittuntur ei peccata multa ꝛc.] Videt aũt q deberet dici contrariũ. qꝝ ꝓmo ꝓdixerat donũ esse causam amoris. hic aũt ecõtrario infert amorẽ esse cãm doni. Dicẽdũ ad hoc q primo in parabola loquebat modo humano vbi amor ex dono causatur: sed in applicatione parabole ad ꝓpositum ꝯuertit se ad loquendum de amore dei erga nos: qui non procedit ex bonis meritis

nostris

Et ceperunt. Sanata egra: de salute eius alij egrotant.

ſ flagris ⁊ ludibrijs quãtũ iubetis afficiã: dummodo ne ſtatat in innoxium ſanguinem.

eſt ei. Emendatum ergo illũm di

ſ nõ imperiali legis ſanctione: ſed annua gentis cui ꝓtalia gaudebat placere deuictus conſuetudine.

mittam. Neceſſe aũt habebat dimittere eis per diem feſtum vnũ.

ſ data optiõe eligẽdi quẽ vellẽt qz pontifices excitauerãt turbã: vt magis peteret barrabam

Exclamauit aũt ſimul vniuerſa turba dicens: Tolle hũc ⁊ dimitte nobiꝫ barrabam. Qui erat ꝓpter ſeditionẽ quandam factã in ciuitate ⁊ homicidiũ miſſus i carcerem. Iterum autem pylatus locutus eſt ad illos: volẽs dimittere ieſum. At illi ſuclamabãt dicentes: Crucifige: crucifige eum. Ille autem tertio dixit ad illos: Quid enim mali fecit iſte? Nullã cauſaꝫ mortis inuenio in eo. Corripiam ergo illum ⁊ dimittã. At illi inſtabãt vocib' magnis: poſtulantes vt crucifigeretur: ⁊ iuaſ

† ſ videẽs: qz nihil ꝓficeret ſed magis tumultus fieret

leſcebãt voces eorũ. † Et pylatus

† ſ iudex nec inuidie cedere debuit: nec timori

adiudicauit fieri † petitionẽ eorũ. Dimiſit aũt illis euꝫ qui ꝓpter homicidiũ ⁊ ſeditionẽ miſſus fuerat in carcerẽ quem petebant: ieſum vo tradidit voluntati eorũ. Et cũm ducerẽt eũ: apprehende/

† ſ a cyrene: que eſt ciuitas belchie

runt ſimonẽ quendã † cyrenenſez venientem de villa: ⁊ ipoſuerũt illi crucem portare poſt ieſum. Sequebatur aũt illũ multa turba populi ⁊ mulierũ: que plãgebãt ⁊ lamentabant euꝫ. Conuertens aũt ad illas ieſus dixit: Filie hierlm nolite flere ſup me: ſed ſup vos ipſas flete: et ſup filios vr̃os. Quia ecce venient dies in quibus dicent: Beate ſteriles: et vbera que non genuerunt: et vlera que non lactauerunt. Tunc incipient dicere montibus: Cadite ſup nos: et collibus: Operite nos. Quia ſi in viridi ligno hec faciunt: in arido quid fiet? Ducebantur autem et alij duo nequam cum eo vt interficerentur. Et poſtquam venerunt ad locum qui vocatur caluarie: ibi crucifixerunt eum et latrones: vnum a dextris et alterum a ſiniſtris. Ieſus autem dicebat: Pater dimitte illis non enim ſciunt quid faciunt. Diuidentes autem veſtimenta eius miſerunt ſortes. Et ſtabat populus ſpectans: et irridebant eum principes cum eis dicentes: Alios ſaluos fecit: ſe ipſum ſaluum faciat ſi iſte eſt chriſtus dei electus. Illuſerunt autem ei et milites accedentes et aceto acerbum offerentes ei et dicentes: Si tu es rex iudeorum ſaluum te fac. Erat autem et ſuperſcriptio ſcripta ſuper eum litteris grecis et latinis et hebraicis: Hic est rex iudeorum. Vnus autem de latronibus qui pendebant blaſphemabat eum dicens: Si tu es chriſtus ſaluum fac temetipſum et nos. Alter autem increpans eum dicebat: Neque tu times deum quod in eadem damnatione es? Et nos quidem iuſte: nam digna factis recipimus: hic autem nichil mali geſſit. Et dicebat ad ieſum: Memento mei domine dum veneris in regnum tuum. Et dixit ei ieſus: Amen dico tibi hodie mecum eris in paradiſo. Erat autem fere hora ſexta: et tenebre facte ſunt in vniuerſam terram uſque in horam nonam. Et obſcuratus eſt ſol: et velum templi ſciſſum eſt medium. Et clamans voce magna ieſus ait: Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum. Hec autem cum dixiſſet expiravit. Videns autem centurio quod factum fuerat: glorificabat deum dicens: Vere homo iſte iuſtus erat. Et omnis turba eorum qui ſimul aderant ad ſpectaculum iſtud et videbant que fiebant: percutientes ſua pectora revertebantur. Stabant autem omnes noti eius a longe: et mulieres que ſecute eum erant a galilea hec videntes. Et ecce vir nomine ioſeph qui erat decurio bonus et iuſtus: hic non conſenſerat conſilio et actibus eorum: ab arimathia civitate iudee: qui et ipſe erat expectans regnum dei: hic accedens ad pylatum petiit corpus ieſu. Et depoſitum involvit ſindone et poſuit eum in ſepulchro exciſo in quo nondum quis quam poſitus fuerat. Et dies erat paraſceues: et ſabbatum illuceſcebat. Subſecute autem mulieres que venerant cum ieſu de galilea: viderunt monumentum et quemadmodum poſitum eſt corpus eius. Et reverſe parauerunt aromata et unguenta: et ſabbato quidem ſilverunt ſecundum mandatum.

Crucifige ⁊c. Magna crudelitas nõ ſolum occidere: ſed crucifigere ãꝫ tũ: vt manibꝰ ⁊ pedibus ad lignũ cõfixis: ꝓducta morte neccarẽt: ne dolor citius finiret: ⁊ vt in cruce diu videret.

Corripiam ergo. Hãc correptionẽ deridẽdo ⁊ flagellãdo nephandoꝝ deſideriꝫ exhibuit: ne vſqz ad crucifigendum ſeuirẽt: qđ ℣ba ioãnis euãgeliſte: ⁊ ipſa colũna teſtat ad quaꝫ ligatꝰ fuit diſs: que vſqz hodie dominici ſanguinis cernẽtibus certa ſigna demonſtrat. Sed licet pylatꝰ ℟agat. inſatiabilis tñ ſacri legoꝝ fuoꝝ: nõ ceſſat: ſꝫ magis inſtat: qz accuſationem quã contra dñm detulerãt: ſollicita pylati interrogatione viderant euacuatã. Tandẽ impudici ad ſolas pces ſe conuertũt: vt qđ criminando: vel q̃ſi rõcinãdo nequiuerãt: iã poſtulãdo ⁊ vociferando ⁊ perficiẽdo perficiunt. D matt. 27.c marc. 15.b Joan. 18.g matt. 27.d marc. 15.b

Dimiſit aũt illis. Auctor ſeditiõis ⁊ homicidioꝝ iudeis dimittit. i. diabolꝰ: q ob culpã a lucis pñia depulſꝰ ⁊ in tenebraꝝ carcerẽ fuerat miſſꝰ ⁊ iõ pacez hĩe nõ pñt: qz pacis auctorẽ nõ elegerũt.

Apprehẽdũt ſy. ⁊c. Pio dñs crucẽ portauit: ℟ poſtea ꝙpoſita ẽ ſymoni: quẽ exeũtes obuiã habuerũt: ⁊ ℟ murmure. Xp̃s enĩ paſſꝰ ẽ ꝓ nob. v. f. v. c. Qui vo eũ vult ſeq: tollat crucẽ ſuã ⁊ ſequat. Quia vo ſymõ nõ iſraelitica: ℟ cyrenẽs erat: p eũ gẽtiles deſigñt. pegrini ⁊ hoſpites teſtoꝝ: ℟ nũc i fide ciues ⁊ domeſtici dei ⁊ coheredes xp̃i. Vñ ⁊ ſymõ obedies: cyrene heres iterpꝛtat. Sꝫ ſymõ vẽit de villa. i. de pago a q̃ paganꝰ: q a ciuitate dei alienꝰ: vnbane ſũt ꝙuerſatiõis ignari. Sꝫ ſymon pago egrediẽs: crucẽ portat poſt ieſũ: cũ ppũ gẽtiũ paganis ritibꝰ derelicto obedienter amplectunt veſtigia dñice paſſionis.

Sequebatur a. Multa turba ℟ nõ cadẽ mẽte crucẽ ſeqt. Multi ſequũt vt moriẽtẽ leti aſpiciãt. Multieres: vt quẽ viuẽ deſiderabãt: moriturũ: morientẽ ⁊ mortuũ ploraret. Nec iõ iducit ſolꝰ mlierũ plãctꝰ: qn ⁊ mlti viri dolerẽt: ℟ qz femineꝰ ſexꝰ q̃ſi ꝓptibilioꝝ liberiꝰ poſſat pñtibꝰ ꝓncipibꝰ ſacerdotũ qđ ꝺ eos ſenſerit oſtẽtare. Quia vo nouit dñs q ſũt eiꝰ: ptermiſſa furẽtis ppli turba: adamantes ⁊ plangẽtes ſe feminas: oculos ⁊ ora cõuertit.

Que plange. ⁊c. Triſtabant de vita mortali quc morte erat finiẽda.

de lyra

diem feſtũ vnum: qz in nocte paſche angelꝰ dñi ſaluauit hebreos ⁊ peuſſit ꝓmogenita egyptioꝝ. ⁊ ideo in memoriã huiꝰ bñficij in ſolẽnitate paſchali ſaluabãt vnũ ꝓpinquũ morti ⁊ aliquos cõdẽnatos ad mortẽ interficiebant ad repſentãdũ ſaluationẽ hebreoꝝ ⁊ interfectionẽ egyptioꝝ. ⁊ iſtam cõſuetudinẽ eis obſeruari impetrauerant ab impatore romanoꝝ ſicut fuerat obſeruata anteqz iudea eſſet romanis ſubiecta. ⁊ hoc eſt qđ dicit: Neceſſe aũt habebat ⁊c. qz tenebat obſeruare illud qđ erat cõceſſum ad impratore. Pylatꝰ ſciens ieſũ innocentẽ volebat eũ liberare per hãc viã ꝓponens q nõ expediret eis dimittere niſi ieſũ aut barrabã cuiꝰ liberationẽ credebat iudeos nullo mõ preeligere ꝓpter nimiã ipſi⁹ maliciã: ſed ipſi nimio odio moti ꝓtra xp̃m preelegerũt barrabã liberari petẽtes ieſũ crucifigi eo q erat modus mortis aſperior ⁊ durior. cetera patẽt. m Et cum ducerẽt eũ. Hic ꝓfiter deſcribit xp̃i impia occiſio. cũ dr: Et cũ ducerẽt eũ ad crucifigendũ apphenderũt ſymonẽ ⁊c. qz coegerũt eũ ad portãdũ crucẽ vt citius venirent ad locũ crucifixionis: qz ieſus videbat nimis debilitatꝰ ex afflictione precedẽti. ⁊ ideo q̃ vis ieſus primo portaſſet crucem ſuam: tñ illi qui eum ducebant acceperunt eam ⁊ poſuerunt ſupra ſimonez ratione predicta. ille aũt inuite portabat: tum quia hoc erat turpe: tum quia forſitan erat diſcipulus ieſu: occultus tamen. n Sequebatur autem illum multa turba. quia aliqui ſequebantur cum ad ipſum crucifigendum: aliqui ad videndum cum: ⁊ aliqui ad videndum ſpectaculum: ⁊ aliqui ad plangendum: ſpecialiter mulieres deuote. quibus dixit:

nō de cecis qui medicū occidebāt. Unde subdit: Conuersus autem.

Filie hierusalē. Nota: cū filios hierlm vocat: qō nō sole que cum eo venerāt a galilea: sed etiā ciusdē vbis ciues ei mulieres adheserant.

Nolite flere. Ne lamētemini me morituꝝ: cuiꝰ cita resurrectio mortē solucre pōt: cuiꝰ mors mortē: ꝛ ipsū mortis auctorē destruet. Vos potiꝰ ve

sus aūt ad illas iesus dixit: Filiē hierusalem nōlite flere super me: sed sup vosipsas flete ꝛ super filios vestros. Quoniā ecce vēient dies in quibus dicēt: Bēate steriles: ꝛ vēntres qui nō genuerunt ꝛ vbera que nō lactauerūt. Tūc incipiēt dicere mōtibus: cadite super nos: ꝛ collibꝰ operite nos. Quia si i viridi ligno hec faciūt: i arido quid fiet? Ducebant aūt ꝛ alij duo neqꝫ cū eo vt interficerentur. Et postqꝫ venerūt i locū qui vocat caluarie: ibi crucifixerūt eum ꝛ latrones: vnum a dextris: ꝛ alterum a sinistris. Jesus aūt dicebat: Pāter dimitte illis: nō enim sciunt quid faciunt. Diuidentes ꝟo vestimēta eius: miserunt sortes. Et stabat populus expectans: ꝛ deridebāt illū p̄nci pes cum eis ditentes: Alios salvos fecit: se saluū faciat si hic est xp̄s dei electꝰ. Illudebāt aūt ei ꝛ milites accedētes: ꝛ acetū offerētes: ꝛ dicētes: Si tu es rex iudeoꝝ

saluū te fac. Erāt āt ꝛ supscriptio † ſ vt omnis lingua confiteatur: qꝛ dñs iesus christus in gloria est dei patris scripta sup eū † lr̄is grecis: hebraicis ꝛ latinis. Hic est rex iudeoꝝ. Unus aūt de his qui pendebāt latronibꝰ blasphemabat eum dicens: Si tu es christus: saluū fac

† ſ forte ꝛ ille conuiciatus prius est: sed repente cōuersus: nec mirum si conuerso cito ignoscit qui etiam insultatibus veniaꝫ dabat teipsuꝫ ꝛ nos. † Respondens autem alter increpabat eum dicēs: † ſ saltem hic deberes querere liberationem Nēqꝫ tu times deū: qui † in eādē damnatione es. Et nos quidē iuste: nā digna factis recipimus: hic ꝟo nihil mali gessit. Et dicebat ad iesum. Domine memētō mei cūꝫ veneris in regnū tuuꝫ. Et dixit illi iesus: Amen dico tibi: hō/

ſ vita est esse cū xp̄o: qꝛ vbi christus ibi regnum † ſ qñ crucifixus est.

die mecuꝫ eris in paradiso. † Erat † ſ tenebre effuse sunt oculis perfidorum: vt fidei lumen resurgeret. autez fere hora sexta. † Et tenebre facte sunt in vniuersa terra vsqꝫ i horā nonam. Et obscuratus est

siam toto orbe: que quattuor partibꝰ constat diffusam oībus partibꝰ equaliter. id est: cōcorditer distributā. Tunica sortita: omniū partium significat vnitatē: que charitatis vinculo continetur.

Sortes. In sorte dei gr̄a cōmēdata est. Sic qppe in vno ad oēs peruenit: cū sors oibꝰ placuit: qꝛ ꝛ dei gr̄a in vnitate ad oēs pcuenit: ꝛ cuꝫ sors mittit: nō pone cuiusqꝫ vl meritꝫ: sed occulto dei iudicio creditur.

Alios saluos fecit. Sua se sniā dānāt q etiā nocentes q̄ alios saluos fecerat cōfitēt. Poterat qdē se saluare: sed qꝛ ipse xp̄s dei electꝰ: de cruce descendere noluit. Nā q iō venit vt p nobis crucifigeret. iō se de cruce salua re neglexit: quia cum ceteris pctoribus: etiam crucifixiores mortēdo curauit saluare. matt. 27.c mar. 15.c Joan. 19.f matt. 27.c marci. 15.c

Illudebāt. Nota q iudei vocabulū xp̄i: ꝛ filij dei: auctē scripture sibi traditū irridēt. Milites ꝟo scripturarū insciti: nō xp̄o dei electo: sz regi iudeoꝝ insultant.

Et acetū offerētes. Acetū erāt iudei: a vino patriarcharū degenerantes. Hoc aceto milites potāt dñm quē illoꝝ sug gestiōe morti tradūt.

Erat aūt ꝛc. Hebrea ppt iudeos i lege gloriātes. Greca: propter gētiliū sapiam. Latina: ppter romanos imperātes. Ergo velint nolint iudei: oē regnū mundi: oīs mūdana sapiētia. omnia legis sacramēta

testantur: q̄ iesus est imperator credentium ꝛ confitentium.

Hic est rex iu. Titulꝰ q xp̄m regē testat: nō infra ꝫ supra crucē ponit qꝛ ꝫ in cruce hois infirmitate volebat. sup crucē tñ regis maiestate fulgebat: ꝛ iō imolato titulꝰ est suprapositꝰ vt cunctis legere. i. credere volentibꝰ pateat: qꝛ per crucē nō perdidit: sed corroborauit imperium.

Increpabat e. Ipsa increpatio future crucis scādalū etiā circa credētes reuelat: quoꝝ alij a dextris: alij a sinistris.

Dñe memē. Magna gr̄a in ꝫ latrone eminet. Nullū mēbrū a supplicio liberū hz: p̄ter cor ꝛ linguā: totū qō liberū hz offert: corde credit: ore cōfitet: fidē habuit q regnaturū credidit quē secū moriētē vidit. Spē habuit q aditū postulauit: charitatē firmit tenuit: q latronē ꝛ de iligtate sua arguit ꝛ vitā quā cōgnerat ei pdicauit. Magꝫ ꝟo: cōfitet quē videt hūana infirmitate moriētē: quē negabāt aplī quē viderāt miracula dīna ꝛtute facientē.

Amē d. t. Pulcherrimū affectāde cōuersiōis exēplū: q tā cito latroni venia relaxat: ꝛ vberior gr̄a q̄ pcatio. Semp enī dñs plꝰ tribuit q̄ rogatur. Ille rogabat. Me. m. c. ꝛc. Dñs ait: Uo. m. c. ꝛc. Cito ignoscit vo minus: quia ille cito conuertit.

Et tenebre. Sol retraxit radios: ne aut pēdētē videret dñz: aut ne ipsi blasphemantes sua luce frueret. Et nō q. vi. hō. i. sole recessuro a cētro mūdi crucifigit: diluculo. i. oriēte sole resurgit: qꝛ mortuꝰ est ppter pctā nra: ꝛ resur. p. i. n. Ad dā peccāte post meridiē. i. inclinata luce fidei vox dñi audit. Eodē igit temporis articulo quo tunc peccanti adc obcluserat: nūc latroni penitenti dominꝰ paradisum reserat.

Ecce veniēt dies. Dies romane obsidiōis ꝛ captiuitatꝫ. Male ē imineāte captiuitate hostilisqꝫ per agros vbesqꝫ clade seruēte: cūctos q euadere queāt alta queqꝫ vl abdita refugia qbꝰ absconditē regrē. Refert ioseph̄ instētibꝰ sibi romanis: iudeos caucrnas montiuꝫ colliūqꝫ certatim petisse spelūcas: ita vt seipsū testeꝝ munitōe q̄dā destructe vbis iota pcte: in spe. leo. cū. xl. comitibꝰ, pditū inuētū: atqꝫ ab hostibus captum. Sepie. 3. c. esa. ſ 4. a. gal. 6. d. Ecce Esaie. 2. d. Osee. 10. c Apoc. 6. c matt. 27. d marc. 15. b Joan. 19. c

Cadite sup nos. Nō hoc ex supfluo intelligi de his q in vtroli/bet sexu seipsos castrauerūt ppter regnū celoꝝ: q dicūt mōtibꝰ. c. ſ. n. et. c. o. n. cū sue fragilitatꝫ memores: ingruēte tēptatiōnū articulo sublimiū viroꝝ vl ipsa ꝟginitate: vl martyrio: vl q̄cūqꝫ alia ꝟtute querūt exēplis: monitis: p̄cibusqꝫ defendi. matt. 27. d marc. 15. c. Joan. 19. d

Quia si in viridi ligno hec faciūt. Uiride lignuꝫ xp̄s ꝛ sui electi: aridum impij ꝛ pctores. Uñ ait: Si ergo ego q pctīs nō feci: q lignū vite merito appellatꝰ: duodenos fructꝰ gr̄a per singulos mēses affero: sine igne passiōis de hoc mūdo nō exeo: q̄ tormēta mouēt illos q fructibꝰ sūt vacui: insup ꝛ lignū vite flāmis dare nō timēt. Et si nūc est tēpꝰ vt incipiat iudiciū de domo dei ꝛ oēs q volūt pie viuere in christo persecutionē patiunt: quis finis eorum qui nō credunt euāgelio. matt 27. f marc. 15. c. Joan. 19. f

Ducebātur āt. Implet qō dictū est. Et cū iniqs deputatꝰ ē. In morte deputat cū iniqs: vt in resurrectōe viuificet iniqs q ppter hoies hō factus: hominibꝰ dedit potestatē filios dei fieri.

Calvarie locꝰ. Extra portā hierlm erāt loca in qbꝰ trucabant capita dānatoꝝ: ꝛ dicebant loca calvarie. i. decollatoꝝ. ibi crucifigit: vt vbi erat area damnatoꝝ erigantur vexilla martyrij.

Et latrones ꝛc. Execrabilis in facto iniqtas iudeoꝝ q̄ q̄si latronē crucifigit oiuꝫ redēptorē bonꝰ tñ i mysterio latro: q insidiatꝰ ē diabolo: vt vasa eius auferret.

Per illū q a dextris: significat mortificatio carnis p celesti glia. Per illū q a sinistris: mortificatio carnis p aliqua mundi causa.

Jesus aūt. Quia lucas xp̄i sacerdotiū scribē disposuit: recte dñs apud deū p persecutoribꝰ iure sacerdoꝫ intercedit: ꝛ latroni cōfitenti paradisum pandit: nec frustra orat: sz p eis q post passionē eius crediderūt impetrat.

Non pro eis orat qui per inuidiā ꝛ superbiam filiū dei intellexerunt negant ꝛ crucifigunt: sed pro eis qui zelum dei habentes: sed non sm scientiā nescierunt quid fecerūt.

Diuidētes. De his ioānes latiꝰ: quadripartita vestis significat eccle-

Nicolaus

a Filie hierlm ꝛc. qꝛ nō solū aliq̄ de galilea secute fuerāt ipsū: sz etiā al q̄ de hierlm sibi adheserāt p deuotionē. b Molite flere ꝛc. Jnon, phibet cōpassionē sz p̄dicit aliā luctꝰ cām in obsidiōe hierlm futura p titū ꝛ vespasianū. iō subdit: c Qm̄ ecce dies veniēt. s. xlij. āno post passionē xp̄i in q̄ fuit dicta obsidio. d Btē steriles. qꝛ agiliores erāt ad fugiēdū q̄ grauide. e Et vētres q nō genuerūt. qꝛ mulieres hñtes pueros in obsidiōe fuerūt anxiate nō solū, p se ꝫ etiā, p pueris suis ꝛ aliq̄ p famis anxietate, pros pueros comedert: sm q̄ dicit Joseph̄ libro de iudaico bello. f Tūc inci. dimōtibꝰ ꝛc. qꝛ aliq̄ p horroꝛe miserie q̄ tūc fuit i ppl'o iudeoꝝ dicebāt: vtinā mōtes caderēt sup nos. g Quia si in viridi ligno hec faciūt. xp̄s hic dī lignū viride faciēs fructū: ꝛ p ꝟñs indignū abscissiōe p mortē. ppl's autē iudaicꝰ hic dī lignū aridū infructiferū: ꝛ p ꝟñs dignū abscisione p mortē ꝛ cōbustionē gehēne q̄ ē pena extrema ꝛ maxa. h Pater dimit. il. qꝛ ne sciūt qd faciūt. Erāt enī ibi aliq̄ simplices ꝛ illexati a sacerdotibꝰ iudeoꝝ decepti q pseq̄bāt xp̄m zelo legis: ꝛ p istis orauit xp̄s. Alij aūt erant lexati

de lyra

qui ipsum esse xp̄m, pbabiliter nouerant seu agnoscere debuerāt: sz ex odio ꝛ inuidia fuerūt excecati ꝛ ipsuꝫ persecuti sūt vsqꝫ ad mortē ꝛ p illis non orauit. i Erat aūt ꝛ supscriptio scripta sup eū litteris grecis ꝛ latinis ꝛ hebraicis: quia iste erant tres lingue p̄ncipales ut omnes possent legere. l Neqꝫ tu times deum qui in eadē dānatione es. q. d. licz hoies nō timueris tñ deberes deū timere maxime in articulo mortis i quo tu es. ideo subditur: l Qui in eadē dānatione es. sz mortis. m Memētō mei dñe. magna fides huius latronis qui nec ppter acerbitatē pene quā sustinebat nec ppter infirmitatē carnis quā in christo videbat cōfessionem vere fidei omisit. n Cum veneris in regnū tuū. manifeste ptz q nō loquebatur de regno tēporali sed eterno. ideo subdit: o Hodie mecū eris in paradiso. non accipit hic paradisus pro horto voluptatis nec pro celo empyreo sed pro fruitione beata quam habuerūt sancti patres in morte christi qui erant in lymbo detenti: statim cum eis anima descēdit ad cos ꝛ eadem die illuc descendit alia illis latronis facta particeps beate fruitionis.

In manus

Velũ tẽ.ſ. Hoc expirante deo geſtũ ẽ⁹ lucas ꝓoccupat volẽs miraculũ ſolis cõtigẽ miraculo veli. Scindit aũt velũ: vt archa teſti ⁊ oia ſacra legis q̃ tegebãt appareãt: ⁊ ad gẽtes trãſeãt. Joſeph⁹ ait: Virtutes angelicas ꝓphides quõdã templi tunc pariter cõclamaſſe. Fugiam⁹ ab ꝓhis ſedibus.

Pater in man⁹ ⁊c. Patrẽ inuocãs: ſe filiũ dei declarat. Spiritũ cõ

matt.27.f. marc.15.c. S

Pſa.56.

matt.27.f. marc.15.d.

mẽdãs: nõ defectũ ꝓtuꝫ ſz cõfidentiã eiuſdẽ cũ patre ptãtis iſinuat. Amat enĩ dare gloriaz pri: in q̃ nos informat: vt gloriaz dem⁹ creatori. Cõmẽdat aũt. in rta qõ alibi legit: Extenſi eſt cor meũ ⁊ exultauit lingua mea inſup. ⁊ ca.m.re. in ſpe. Vſi non derelinques aiam meaz in inferno: nec dabis ſanctũ tuũ vidẽ corruptõez.

Videns aũt cẽturio. Videns q̃ ita hiet ptãtẽ mittẽdi ſpm̃: qõ non habet niſi cõditor aiarũ. ipe q̃ crucifixerat in ipſo paſſionis ſcãdalo cõfitẽt dei filiũ: quem iudei poſt tot miracla credẽ renuerũt. Vſi per centurionẽ fides

matt.⁊ 7.g marc.15.d Joan.19.g

eccle deſignat: que velo myſterioꝝ celeſtiũ p morte dñi reſerato mox iuſtũ ⁊ dei filiũ tacẽte ſynagoga confirmat.

Percutiẽtes pectora. Et percutiũt pectora: in ſignũ pnie ⁊ luct⁹ dupliciter põt itelligi. Siue enĩ cui⁹ vitã dilexerãt iuſte occiſuz dolebãt. ſiue cui⁹ mortez ſe impetraſſe

meminerãt: hũc in morte ampli⁹ glorificatũ tremebãt. Sz quecũq̃ cã pectus tũdere coegerit: videam⁹ diſtãtiã gẽtis ⁊ gẽtis. Bẽtiles: moriẽte dño deũ timẽtes: apte cõfeſſiõis voce glorificant. Judei percutiẽtes ſolũ pectora ſilentes domum redeunt.

Noie ioſeph. Joſepph per nobilitatatẽ potentie ſecularis corpus accipere: per iuſticiam meritorum dignus eſt ſepelire.

Hic acceſſit ⁊c. Nõ aplꝰ: ſz ioſeph iuſt⁹ ⁊ cõſtans: ⁊ nichodem⁹ in q̃ erat dol⁹ ſepeliunt. Talis eſt etiã ſepultura chriſti: q̃ fraudẽ iniqtatẽq̃ nõ habet. in quo obſtruit tergiuerſatio iudeorum. Nam ſi apoſtoli ſepeliſſent: dicerent non ſepultum: quem dixerunt raptum.

Sindone. Ex ſimplici ſepultura dñi ambitio diuitũ condẽnat: q nec mortui carere poſſũt diuitijs. Myſtice. In ſindone mũda ieſu inuoluit: q pura mẽte cũ ſuſcipit. Hinc etiã mos eccleſie habet: vt ſacrificiũ altaris: nõ ſerico: nõ pãno tincto: ſed puro lineo celebratur:

In monumẽto exciſo. Solus dñs tumulo includit: vt ſepultura ſi-

Nicolaus

a In man⁹ tuas cõmẽdo ſpiritũ meũ. oſtendẽs q̃ in articulo mortꝭ maxime debem⁹ recurrere ad deũ. b Videns aũt centurio. qui erat cõſtitutus ad cuſtodiẽdũ chriſtũ in cruce quouſq̃ expiraſſet. c Dõ factuz fuerat. ſ. miracula in xpi paſſiõe facta vtpote terremot⁹: petrarũ ſciſſio: obſcuritas ſolis ſupnaturalis: ⁊ q̃ cũ clamore magno expiraſſet: qõ nõ poterat fieri ꝓtute nature. d Glorificauit deũ. fidei cõfeſſiõe. d. e Vere hic hõ iuſt⁹ erat. Matth.xxvij. dr. Vere filiꝰ dei erat iſte. dicẽdũ q̃ vtrũq̃ dixit centurio. ſ Matthẽus expreſſit vnũ: Lucas aliud. de altero tacendo.

f Percutiẽtes pectora ſua. penitẽtes ⁊ dolentes de xpi paſſione. ⁊ iſti fuerũt q a peritis decepti fuerãt vt pdictũ eſt. g Stabant aũt oẽs noti eius a longe. Cõtrariũ videt Job.xix. vbi dr: Stabant iuxta crucem ieſu mater ei⁹ ⁊ ſoror matris ei⁹ ⁊c. Reſpondet Aug⁹ q̃ non erant imediate iuxta illum ꝓpter turbã cõprimentẽ nec ita longe quin poſſent euz videre ideo poſſunt dici fuiſſe longe ⁊ ppe diuerſis reſpectib⁹. h Et ecce vir. Hic deſcribit deuota chriſti tumulatio que fuit ſolẽnis ⁊ pciosa: licz mors fuerit ignominioſa ꝓut de vtroq̃ fuerat ꝓphetiçatũ per Eſa. ſicut plenius fuit declaratũ Matth. xxvij. i Decurio. i. exiſtẽs de curia. ſ. pſidis vel imperatoris. k Hic nõ cõſenſerat cõſilio ⁊ actib⁹ eoꝝ. ſ. alioꝝ iudeoꝝ chriſtũ perſequẽtiũ. l Ab arimathia. iſta eſt ciuitas que vocata eſt ramatha de qua fuit helcana pater ſamuelis: vt habet. j. Reg. j. m Qui expectabat ⁊ ipſe regnuz dei. nõ tẽporale ⁊ terrenum ſed celeſte ⁊ eternum. n Hic acceſſit ad pylatũ. erat enĩ de curia ⁊ ꝓpter hoc habebat maiorem acceſſũ. o Et depoſitum inuoluit ſindone. i. in pãno lineo. ⁊ ex hoc ordinatũ eſt q̃ corp⁹ chriſti nõ cõſecrat niſi ſup pãnuz lineũ. p Et poſuit eũ in monumẽto exciſo. i. i vno lapide cõcauato ꝑm quãtitatẽ hois ne ſi ex plurib⁹ lapidibus eẽt factũ poſſet dici a iudeis q̃ ſubfoſſũ fuiſſet ſepulchrũ ⁊ corp⁹ inde ſublatũ. q In quo nõdũ quiſq̃ poſit⁹ fuerat: ne poſſet dici q̃ ille q pri⁹ ibi fuiſſet ſepult⁹ reſurrexiſſet ⁊ nõ chriſt⁹. r Et dies

ulus in regione thamitica: iuxta decapolim

qui ẽxpectabat ⁊ ipſe regnũ dei.

ſ ſi ignotus eſſet ad principem non accederet: nec corpus impetraret.

Hic ãcceſſit ad pylatũ ⁊ petijt corpus ieſu: ⁊ dẽpoſitũ inuoluit ſindone: ⁊ põſuit euz in monumẽto exciſo: in quo nonduz quiſq̃ po

† ſ paraſceue eſt ſexta feria qua ꝓparabantur neceſaria ſabbato

ſit⁹ fuerat. Et dies erat † paſcheus ⁊ ſabbatũ illuceſcebat. Subſecute aũt mulieres que cum ipſo venerãt de galilea viderunt monumentũ: ⁊ quẽadmodũ poſitum erat corpus eius. Et reũertentes pãrauerũt aromata ⁊ vnguẽta. Et ſabbatõ quidẽ ſiluerunt ſcõz mãdatum. C. XXIIII.

ſ .i. prima

Mã aũt ſabbati vãlde diluculo venerunt ad monumentum portantes que parauerãt aromata: ⁊ in

matt.28.a marc.16.a. Joan.20.a

Et poſuit eum in mo. Bñ ergo xps in mo mẽto iuſti condit: vt habeat filiꝰ hois vbi reclinet caput: ⁊ iuſticie habitatione geſcat: bñ nouꝰ vt i nouitate vite q̃ xpm ſuſcipit ambulet: ñ ſepelit chriſtum: niſi qui credit in chriſtum.

matt.27.g marc.15.d Joan.19.g

Et dies erat paraſce. Sexta die factus hõ: ſabbato q̃uit deus. Sexta q̃ crucifix⁹. ꝓpatiõis implet archanũ. Sabbato ſepulchro geſcẽs: reſurrectiõis expectãt euentũ. Sic nos in ſexta mundi etate debem⁹ pati ꝓ dño In ſeptia. i. q̃ morimur corp⁹ in tumulo: aĩa cuz dño poſt opa manet in quiete: donec i octaua reſurgant corpora.

Mulieres. Aliis notis: ieſu poſt depoſitũ corp⁹ recedẽtib⁹: ſole mulieres q̃ arti⁹ amabãt: officiũ funeris inſpicicbãt: vt cõgruo tpe mun⁹ deuotiõis ſue offerrẽt: expectates qõ ieſus ꝓmiſerat ⁊ ideo prime viderũt.

Et reuertẽtes. Inſpecta dñi ſepultura reuertẽtes parãt aromata. ⁊. ve. q lecta audita: recorda ta: paſſiõe dñi: ad opa xtutũ qb⁹ xpus delectek ſe ꝓuertũt: ⁊ ſabbato ſilẽt. Poſt ſabbatũ cũ muneribꝰ: venturi ad dñm: cuz finita ꝑſentis vite paraſceue: in beata quiete gaudẽtes expectãt temp⁹ reſurrectionis quo chriſto occurrant cum redolentibus. actionum aromatibus.

Et ſab. ⁊c. Mãdatũ erat: vt ſabbati ſilẽtiũ a veſpa vſq̃ ad veſperã ſuarek. Jõ mlieres ſepulto dño q̃diu licebat opari i vnguẽtꝫ ꝓparãdil occupãt paraſceue vſq̃ ad ſolis occaſũ: ⁊ trãſacto ſabbato occidẽte ſole: vt mane venientes vngerent eum: quia veſpere ſabbati præoccupante tam noctis articulo: monumentũ audire non poterant. C. XXIIII.

Ma aũt ſab. ⁊c. Una ſabbati. idẽ eſt q̃ ꝓma ſabbi. i. vna dies a die ſabbi vl ſabboꝝ q̃ nũc dñica dr: Et valde mãe mlieres ad monumẽtũ veneꝛt: magn⁹ feruoꝝ charitatꝭ q̃rẽdi: ⁊ iuniẽdi dñz ofidiꝭ. Myſti. exẽplũ dat: vt illuſtrata fide: decuſſiſq̃ vitioꝝ tenebris ad ſacrũ corp⁹ dñi accedamus. Mã ſepulchrũ figura eſt altaris in quo celebrat myſteriũ cor-

de lyra

erat paraſceues. id eſt feria ſexta que dr paraſceues. i. preparatio. q: tũc preparabãt ⁊ coq̃bãt illa q̃ debebãt comedi i ſabbato: ꝑm q̃ ꝓcipit Exo. xvj.

ſ Et ſabbatũ illuſcebat. q: ſolẽnitas ſabbati incepit a veſpere ꝓcedentis diei. t Subſecute aũt mulieres. q̃ erãt xpo deuote vt viderẽt monumẽtũ: ⁊ q̃liter redire poſſent ad vngẽdũ corp⁹ xpi ibi poſitũ. v Et reuertẽtes. ſ. a monumẽto. x Parauerũt aromata. Bẽ fecerũt feria ſexta añq̃ intraret ſolẽnitas ſabbati q̃diu erat eis licitũ aliq̃d emere ⁊ parare. y Et ſabbato quidẽ ſiluerũt. i. ab operib⁹ quieuerũt. z Scõm mandatũ. ſcz legis. quod habet Exo. xx. ca. C. XXIIII.

a Ma aũt ſabbati. Poſtq̃ euãgeliſta deſcribit ingreſſuz chriſti in

v mundũ ꝑ ſuã incarnatiõnẽ. ⁊ eiꝰ ꝓgreſſum ꝑ ſuam pdicationez. ⁊ egreſſum de mũdo ꝑ ſuã paſſiõnẽ. hic vltimo deſcribit eius regreſſum ad patrẽ per ſuã reſurrectionẽ ⁊ aſcẽſionẽ. ⁊ ꝑmo deſcribitur eius reſurrectio. ſecũdo eius aſcenſio. ibi: Vos aũt ſedete in ciuitate. Circa chriſti reſurrectionẽ primo deſcribitur chriſti reſuſcitati apparitio. ſecundo reſurrectionis ꝓbatio. ibi: Cõturbati ẽo. Prima in tres. q: ꝑmo deſcribit chriſti apparitio facta mulieribꝰ. ſecũdo diſcipulis itinerãtib⁹. tertio oib⁹ ſimul exiſtẽtib⁹ ꝓter thomã. ſecũda ibi: Et ecce duo. tertia ibi: Dũ aũt hec loquerẽtur. Circa ꝑmũ notat temp⁹ apparitionis: cũ dicit: Una ſabbati i. ꝑma die poſt ſabbatũ: eo modo loquẽdi quo dicit Beñ. j. Factũ eſt veſpere ⁊ mane dies vn⁹. i. ꝑmus. vnde ibi ꝙſequẽter ſubdit dies ſecundus ⁊ tertius: ⁊ ſic de alijs. b Valde diluculo. Contrariũ videt Marci. xvj. vbi dicit: Orto iam ſole. Dicendũ q̃ duplex eſt ortus ſolis. vnus quando apparet primo lux eius. ſ. aurora. alius quando apparet ſol ſuper terram. Marcus autẽ loquit de primo ortu non de ſecundo. vel poteſt dici q̃ q̃ mulieres receſſerũt de domo erat valde diluculo: vt dicẽ hic Lucas. ſz q̃ venerũt ad ſepulchrũ incipiebat apparere ſol ſuper terrã. ſicut dicit Marcus: q: locus ſepulchri erat extra ciuitatem hieruſalem. vt habet Job. xix.

ſz ij Et inuenerũt

poris ⁊ sanguinis domini. Aromata q̄ deferūt: odorē virtutū: ⁊ suauitatē oratiōnū cum ḡbus altari ꝓpinquare debemus significat.

Lapidē re. Reuolutio lapidis: significat relatiōnē sacroꝝ christi: q̄ velo lr̄e tegebātur. Lex in lapide scripta ē: cuiꝰ ablato tegmine dñi corꝑ mortuū nō inuenit: ꝫ viuū euangelizat: qz ⁊ si cognouimꝰ xp̄m ꝟm carnē: ꝫ iam nō nouimꝰ. Potuit āt clauso exire sepulchro: q clauso exiuit vtero.

Mēte cōster. Mēte ꝓsternāt: qz ⁊ lapidē immēse magnitudis reuolutū stupebāt: ⁊ corꝑ tā venerabile nō inuētū dolebāt. Sic tētato in solitudine dño: expleta victoria ägeli mīstrabāt ei: ita mō
matt.28.a. mar.16.b pꝰ denictā mortez venert ägeli: q nō solū ꝟbo: ꝫ ēt fulgēti habitu: glīā ānū ciāt triūphāt. Et sic corꝑi i sepulchro astiterūt sic etiā corꝑi ꝓsecrato i altari quottidie assistūt.

Decli. vul. Nota q̄ nec sctē mlieres in trā ceciderūt: nec aliqs sctoꝝ in resurrectōe dñi ꝓstratꝰ in terram adorare legitur: Ās mos cepit in ecclia: paschali tpe nō flecti genua in oꝛone: ꝫ vultu in
matt.28.b marc.16.b terrā declinato orare.

Exēplo mlierū: cū appropinq̄mꝰ mysteriis celestibꝰ: cū gaudia supnorū ciuiū cōtēplamur: ad cōspectū ägeloꝝ debemꝰ vultū i terrā hūiliter de-
ꝫ
ꝫ.8.a. clināre: nos terrā ⁊ pulueꝝ esse recolētes.

Recordamini qua: Die tertia sicut er ꝫ loco habemꝰ inter discipulos etiā feminis q̄ cū seq̄bāt dñs resurrecturū se pdixit. Paraseue hora nona expirauit. Mane pria sabbati resurrexit. Meri to aūt vna die ⁊ duabꝰ noctibꝰ in sepulchro iacuit: qz lucē sue simple mortē q tm̄ i carne erat: tenebris duple nre mortē q̄ in corꝑe erat ⁊ ala opposuit ⁊ vtrāq̄z nostrā curauit. Si enī vtrāq̄z suscepisset: nos a neutra liberasset.

Et recordate. Sicut mulieres in monumento dñi stātes: recordanē ꝟboꝝ q̄ de sua dispēsatione pfatꝰ erat: sic nos inter dñice passionis mysteria celebranda: nō solū passionis: ꝫ resurrectionis debemꝰ recordari.

Nūciauerūt. Sic in ꝓncipio mulier auctor culpe viro fuit: vir exemplo fuit errōis: ita nūc q̄ mortē prior gustauerat resurrectionem vidit: ⁊ ne ppetui reatꝰ opprobriū apud viros sustineret: que culpā viro transfuderat transfudit ⁊ gratiam. Et quia constantiā predicādi non habet inferior. sexꝰ ⁊ ad exequendū infirmior: mandat viris officium euangelizandi.

Nicolaus

a Et inuenerūt la. reuo. qz angelꝰ remouerat lapidē de ostio monumēti: vt hī Matt. xxviij. b Et ingresse. s. locū monumēti: qz custodes fugerāt timore ägeli apparētis. vl tacebāt sic mortui. c Et fa. est dū mē. ꝓster. essent. eo q̄ nō inuenissent corꝑ dñi i sepulchro. d Ecce duo viri. i. duo ägeli apparētes i spē viroꝝ. e Steterūt se. il. Joh. xx. dī q̄ erāt sedētes: vn ad caput aliꝰ ad pedes vbi positū fuerat corꝑ iesu. Dicēdū q̄ qñ maria vidit sola erāt sedētes vt ibi dī: ꝫ qñ appuerūt ist mulieribꝰ pluribꝰ: sic stabāt vt ꝫ dī: Facile ē enī angel' sic apparētibꝰ mutari de sessiōe i stationē ⁊ ecōuerso. f Cū timerēt āt. ex visiōe isolita. g Et decli. vnl. in trā. ex verecūdia. h Dixerūt ad il. ꝓsolādo eas ⁊ instruēdo de xp̄i resurrectiōe: ꝟm q̄ xp̄s eis pmisit ꝓdixerat. iō subdit: Et recordate sūt ꝟboꝝ eiꝰ. i Nūciauerūt ꝫ oīa illis vndecī. qz duodecimꝰ. s. Iudas se suspēderat. ꝫ adhuc videk q̄ nō erāt vndecī apli ꝫ tm̄ decē. qz thomas erat absens: vt videt Joh. xx. Dicēdū q̄ erat cū aliis qñ iste mlieres nūciauerūt vt ꝫ dī. ⁊ sic qñ duo discipli regressi de emaus narrabāt q̄ viderāt. vt hī. j. eo: ca. sed tm̄ thomas discredēs discessit ab aliis p aliqđ spaciū: ⁊ tūc venit iesꝰ ⁊ stetit i medio disciploꝝ. d. Par vob. absente thoma. vt dī Joh. xx. l: Et visa sūt añ illos qñ deliramētū ꝟba ista. i. fantastica ⁊ nō vera. l Petrus aūt surgēs cucurrit ad monumētū ⁊ iohes cucurrit cū eo: vt hī Joh. xx. vbi iste cursus pleniꝰ describit. m Et ꝓcūbēs. Joh. xx. dī q̄ ipe intrauit monumētū ⁊ vidit linteamina ⁊c. Dicēdū q̄ veniēs ad ostiū monumēti ꝓmo iclinauit se ad vidēdū: vt hic dī: postea itrauit ad certiꝰ cognoscēdū ꝟitatē. n Et abijt mirās. i. cogitās de xp̄i resurrectone. o Et

Crediderūt. Q̄ discipuli tarde credūt: nō taz illoꝝ infirmitas q̄ nra futura firmitas fuit. Mā illis dubitātibꝰ: resurrectio multis argumentis monstrat: q̄ dū legētes ag̃scimꝰ: qđ aliud q̄z de coꝝ dubitatōe solidamur.

Petrus aūt sur. Jobes cōmēorat: q̄ ⁊ ipe ⁊ petrus sil' cucurrerūt: ⁊ q̄ petro int' introcūte i monumētū: ⁊ vidēte lintheamia ⁊ sudariū: ipe Jobes inclinās se: vidit linthea mina: nec introiuit. Sz intelligēdū ē petrū ꝓio ꝓcūbentē vidisse: qđ lucas cōmēorat: iobes tacet. pꝰ ꝟo ingressū vt diligēti' i terioza dinoscēt: ingressū tñ añ q̄ iobes intraret.

Stadioꝝ sexaginta. Stadiū ē octaua ps miliarij: ⁊ iō sexaginta stadijs. vij. milia passuuz. ⁊ q̄ngētos sigt. qđ spaciuz eis cōgruit: q de morte ⁊ sepultura dñi certi gradiebāt: de resurrectōe dubij. Mā resurrectōz q̄ pꝰ septimā sabbī fctā ē octauo nūcro ꝓtinē nullꝰ ambigit. Discipli ḡq̄ de deo loq̄ntes iccedūt: sextū miliariū cepti itineris cōpleuerāt: qz illū sine ḡrelavi uētē vsq̄z ad mortē quaz sexta sabbī subijt puenisse dolebāt. Cōpleuerāt ⁊ septimā: qz hūc in sepulchro genisse fi dubitabāt. Sz de octauo dimidiuz tñ pegerūt: qz gloriā taz celebrate resurrectōis perfecte non credebant. matt.16.c

Noīe emaus. Emaus ipa ē metropol' ciuitas ꝟignis palestine: q̄ post expugnationem iudee sub marco aurelio antonio ꝓncipe restaurata: cū statu mutauit ⁊ nomen.

Dum fabularēt. Loquētes de se dñs approꝑinquās comitat: vt ⁊ fidē resurrectōis coꝝ mentibꝰ incēdat: ⁊ qđ se ꝓmiserat facturū ipleat. vbi ſ duo vl tres ꝙgregati in nole meo ibi sū i medio eoꝝ. Approꝑinquās aūt ⁊c. Appuit qdē i spē ꝓpa ꝫ spēz quā recogscerēt nō oñdit. Sic ⁊ ipsi: ⁊ intꝰ amabāt ⁊ tñ dubitabāt: sic ipe foris ⁊ pñs adest: ⁊ qs sit: ſ oñdit. De se q̄ loq̄ntibꝰ pñtiā exhibet ꝫ de se dubitātibꝰ spēz cognitōis aufert. Peregrinꝰ es. ⁊c. Ipe regrinū putāt: quē nō ag̃scūt. Et vere pegrinꝰ erat eis a q̄rū fragilitate pgliā resurrectōis iā lōge stabat: a q̄z fide resurrectōis nescia exēplū mācebat.

Vir ꝓpheta. Prophetam ⁊ magnū fatēt: filiū dei tacēt: vl q̄z nōdū pfecte credūt: vl ſi credūt: timēt tradi i manꝰ iudeoꝝ: nesciētes cū q̄ loquūt.

Nos aūt sperabamꝰ. ⁊c. Quodāmō redarguūt seipsos q̄ in illā redēptionē sperauerint: quē mortuū viderāt: nec resurrecturū credebāt: ⁊ maxi-

de lyra

ecce dno. Hic ꝓfiter describit apparitio facta duobus discipulis itinerātibus. ⁊ ꝓmo describit ista apparitio. scōo apparētis cognitio. ibi: Et factū est. tertio cognitiōis relatio. ibi: Et resurgētes. Circa ꝓmū dī: Et ecce duo er illis. s. ex. lxx. discipulis quoꝝ vnꝰ vocabat cleophas: vt. j. hī. aliꝰ dicit fuisse lucas euāgelista: ꝓpter qđ ⁊ nomē suū tacuit. p Ibāt ipsa die. s. die re'urrectionis. q In castelluz quod erat in spacio stadioꝝ. lx. ab hierusalem. scdecim stadia faciunt vnam leucaz: ex quo patet q̄ non distabat a hierusalē per quattuoꝝ leucas integre sed deficiunt quattuoꝝ stadia. r Et factū ē dū fabularent. nō dī ꝫ fabulari a fabula: ꝫ a foꝝ faris: qz nō loq̄bant de vanis: ꝫ de opibꝰ iesu ⁊ morte eiꝰ. s Oculi aūt eoꝝ tenebant. qz incredulitas eoꝝ ⁊ dubietas demerebat q̄ ꝑs cognitionē sui coꝝ ꝓris ab eis retardaret. t Qui sunt hi sermones. nō q̄rit ex ignorātia ꝫ ut ex coꝝ rñsione incredulitas eoꝝ ꝙueniēti arguat. v Tu ſ peregrinus es in hierlm ⁊c. li ſ nō facit exclusionē aliꝝ peregrinoꝝ: cū multi i valde peregrini ⁊ de diuersis ptibꝰ venissent i hierlm ad diē festū paschę: ut hī Joan. vij. ꝫ notat exclusionē cognitiōis ab isto sic appatēte. s. noticia mortis iesu: ut sit sensus: Cū multi peregrini his diebꝰ venerūt in hierlm miru est q̄ tu solus int alios peregrinos ignores ea q̄ sunt nota aliis oībus. x Quibꝰ ille dixit: Que: nō q̄rit ex ignorātia sic pꝰ dictū ē. y De iesu nazareno q fuit vir ꝓpha potēs i ope. s. miraculoꝝ. z Et sermone. ꝓdicatiōis ⁊ doctrine. a Et quō tradiderūt eū ⁊c. Jq̄ ꝓcurauerūt eiꝰ captionē ⁊ psuaserūt pplis ut coꝝ pylato peterēt eiꝰ crucifixionē ⁊ barrabe dimissionē: ut hī Matt. xxvij. b Nos aūt sperabamꝰ ⁊c. ꝟsi dicāt: tā euanescit

me dolēt eū sine culpa occisū: quē inocētē nouerāt: ⁊ ex ꝑ tristes incedebāt.

Terruerūt nos. Adcrito dicūt terruisse cos: qb⁹ ō iuēto corpe pl⁹me sticiā addiderūt: q̄ denūciata resurrectiōe gaudiū: q̄ recrearent afferunt:

Abierūt quidā ⁊c. Cū .s. dixerit petrū cucurrisse ad monumentū: ⁊ mō dicat cleophas. Quidā ex nr̄is abierūt ad monumētū ⁊c. intelligēduz est q̄ dno sic fecerunt. Sed petrū solū ꝓmo cōmēorauit: q⁹ primit⁹ illi nunciauit maria.

O stulti ⁊ tardi corde. Hic gemina humiliā di necessitas incūbit: qui nec in scripturis quantū oportz edocti: nec adimplēda q̄ nouim⁹: quantū decet sum⁹ intēti. Maz si moyses et ꝓphe de xp̄o locuti sūt: ⁊ cū ꝑ passio/nē ⁊ glām intraturū p̄dixerāt: quō glām se esse christianū: q necz in scripturis q̄liter ad xp̄m ptinēt iuestigat: necz ad glām quā cū xp̄o habere cupit: per passiōes attingē desiderat.

Et ipse se fin. Talem se exhibuit in corpe: q̄lis apud illos erat i mēte. Probādi erāt: si hūc quē nōdū vt deū diligebāt: saltē vt pegrinū dilige rēt. Sed q⁹ extranei a charitate eē nō possūt cū qb⁹ veritas gradiebat: ad hospitiū vocant: imo cogūt. Quo exēplo colligitur: q⁹ pegrini nō solū ad hospitiū sūt vocandi sed etiam trahendi.

Fregit ⁊ porrigebat. Quē in expositōe scriptu re nō cognouerūt: in fractionez panis nouerunt: q⁹ nō auditores legis: sz factores iustificabunt ⁊ veritas melius operando'q̄ audiendo intelligit.

Aperti sūt oculi. Subtrahit carnalib⁹ oculis species infirmitatis: vt mentib⁹ incipiat apparere gloria resurrectiōis. Unde subdit: Et dixerūt adinuicem. Non cor nostrum ardens erat in nobis ⁊c.

Mystice. Ideo in christo illis ostēsa est alia effigies: ne eū nisi in fractione panis cognoscerēt: vt oēs intelligant se christum nō agnoscere: nisi fiant participes corpis eius. id est: ecclesie: cui⁹ vnitatē cōmēdat apostolus panē benedictū porrigit: aperiūt oculi vt eū cognoscāt. ⁊ remouet impedimentū qd̄ a sathana in oculis erat: ne agnosceret iesus. Et hoc impedimē-

Nicolaus

tum cuanescit spes nr̄a. cui⁹ subdit causa: a Et nunc sup hec oīa tertia dies est hodie. q̄ ꝑdixit se resurgere. ⁊ tñ adhuc nō apparuit discipulis. licz tertia dies sit ꝓpe finē. sic dī. j. Aduespascit ⁊ inclinata ē iā dies. b Sz ⁊ mulieres q̄dā ex nr̄is terruerūt nos. nō de resurrectiōe xp̄i quā nūciabāt ꝙ de ablatiōe corpis ei⁹ quā discipuli timebāt. c Dicētes se etiā ⁊c.]sed discipuli nō credebāt plene timētes ne tanq̄ mulieres de facili fuissent delusē. d Et abierūt q̄dā ⁊c.] scz petr⁹ ⁊ iohes. vt .s. dictū ē. e Et ita inuenerūt sic mlieres dixerūt. nō q̄tū ad visionē angelorz seu auditionē verborz ab ipsis. ꝙ qz inuenerūt sepulchrū vacuū corpe. ⁊ sola lintheamia remā sisse. iō subdit: Ipsū vero nō inuenerūt. f Et ipse dixit ad eos. ex rīsione eorz arguēs eos. g O stulti. ꝓpter cecitatē intellect⁹. h Et tar. cor. ꝓpter tarditatē affect⁹. i Ad credēdū in oīb⁹ ⁊c.] de xp̄i morte ⁊ resurrectiōe: q̄s scripturas debebāt intelligere marie qz fuerāt cū xp̄o q discipulis de talib⁹ loq̄bat. k Nōne oportuit pati xp̄m ⁊c. tū ꝓpter p̄is ꝓordinationē. tū etiā ꝓpter xp̄i exaltationē. tū ꝓpter hūanā redēptionē. tuz ꝓpter scripturarū ipletionē. iō subdit: l Et incipiēs a moyse et oīb⁹ ꝓphet. ⁊c. nō q⁹ oēs scripturas q̄ de xp̄o sūt explicaret. qz in tā brevi tpe nō fieret: sed explicauit tātū q̄tū sufficiebat ad ꝓpositū ostendēdū. ⁊ iō li oīb⁹ non facit distributionē ꝓ singulis generū. ꝙ ꝓ generib⁹ singulorz. sic dī: oē aīal fuit in archa noe. qz de qualibet spē aīaliū fuerūt ibi aliq̄ individua. ⁊ sic xp̄s in ꝓposito de lege ⁊ prophetis ⁊ agiographis indurit aliqua testimonia. m Et ipse finxit se longi⁹ ire. non fuit ibi aliq̄ falsitas. qz fuit talis fictio ad designādū vitatē. s. distantiā ei⁹ a cordib⁹ eorz ꝓpter fidei defectū. tales enī appitiōes vt cōiter fiūt fm dispōnē interiorē illorz qb⁹ fiunt. n Et coegerūt illū. i. obnixe rogauerūt desiderātes adhuc audire illuz. o Et intrauit cū illis. qz per dictū desiderium disponebant ad fidei cōplementuz. p Et factū est. Hic ꝓiter describit xp̄i apparētis cognitio. cum dicitur: ⁊ bñdixit ac fregit: ⁊ porrigebat illis. Et ap̄ti sunt oculi eorz ⁊ cognouerūt eū ⁊ ip̄e euanuit ex oculis eorum. Et dixerunt ad inuicem. Nōne cor nostruz ardens erat i nobis dum loquebatur in via: ⁊ aperiret nobis scripturas? Et surgētes eadez hora regressi sunt in hierusalez. Et inuenerunt cōgregatos vndecim: ⁊ eos q cuz ipsis erāt dicētes: q⁹ surrexit dñs vere ꝓmo oiuz virorz apparuit petro: qō ⁊ si nō dicit euā ⁊ apparuit simoni. Et ipi narrabāt que gesta erāt in via: ⁊ quomodo cognouerunt euz i fractione pānis. Dūz autem hec loquuntur: stetit iesus in medio eorum ⁊ dixit eis: Pax vobis. Egō suz: nolite timere: Conturbati vero ⁊ cōterriti existimabāt se spiritum videre. Et dixit eis: Quid turbati estis: ⁊ cogitatiōes ascendunt in corda vestra. Videte manus meas ⁊ pedes: q⁹ ego ipse suz. Palpate ⁊ videte: qa spūs carnem ⁊

ꝓmissaz resurrectionem tacent timentes eum cui loquebantur.

ꝓ non carnem

ꝓ tā certi de resurrectione.

ꝓ ꝓmo oīuz virorz apparuit petro: qō ⁊ si nō dicit euā

ꝓ gelista qñ vel vbi fuñ: tñ q⁹ factū sit nō tacet

Surrexit do. vere. Jam fama erat q⁹ surrexerat iesus ab illis mulieribus facta: ⁊ a symone petro cui apparuerat: hec loquētes inuenerāt isti duo sed ⁊ ipsi ꝓ⁹ audierant q⁹ resurrexerat: ꝙ timuerūt dicere in via: qñ tantūmodo angelos dixerūt visos mulieribus. Ignorātes enī cū cū quo loq̄bant: poterant timere ne incideret in manus iudeorū: si qd passim dicerent de christi resurrectione.

Stetit iesus in medio ⁊c. Hec ostēsio ē illa de qua iobes ait: Cū sero esset dic. i. ve. iesus. et stetit in medio cor: ⁊ dixit eis: Pax vobis. Nō vo dicit iohānes thomā nō fuisse cū illis: cum lucas dicat istos duos invenisse vndecim congregatos: ⁊ eos q cū eis erāt intelligēdū ē q⁹ thomas inde exisset: anteq̄ dñs eis hoc loquētib⁹ appareret.

Spiritū videre ⁊c. Monerāt discipuli fuisse verū hoiez: ꝙ post q̄ mortu⁹ est: nō credūt ttio die potuisse verā carnē de sepulchro resurgē. Putāt q̄ se vidē spīm: quē emisit in passione: ꝙ hūc errorē aufert dominus.

Quid turbati estis. Credebant apostoli: sed tamen turbant. Primo quia paucorum opinionē: sententia maioris partis excludit. Deinq̄ quia petrus et si crederet resuscitatum: turbari potuit q⁹ clausis ianuis dominus cū corpore suo se improvisus infuderit.

Cogitationes ascendūt. False nō desup descēdētes: ꝙ sic mala herba in corde ascēdētes fidē quā in vobis plātaui exigo qō ex vobis ortū ē cōdēno si nō est veritas resurrectionis: perditus est fructus passionis.

Palpate ⁊ vi. Multū documētis psuadet resurrectionē p̄bēdo se: ⁊ oculis vidēdū: ⁊ mānib⁹ ꝓtrectādū. Qui dū palpādo ossa carnēq̄ mōstrat: statū sue vel nr̄e resurrectionis sig̃t in qua corp⁹ nostruz: ⁊ subtile erit per

Delyra

q Accepit panē bñdixit ac fregit ⁊ porrigebat illis. sic cōsueverat facere ante passionem. sic enim frangebat panem ac si scinderetur cultelo. r Et aperti sunt oculi eorū. quia voluntarie se eis ostendit in effigie qua erat cognoscibilis ab eis. ⁊ cum hoc cognouerūt eum per moduz fractiōis panis. s Et ipse euanuit ex oculis eorum. ostendēs discipulis q⁹ habebat corp⁹ gloriosū. qō subito pōt disparere p̄ potē agilitat. t Et surgētes eadē hora regressi sūt in hierlim. Quis enī iam cēt tarde. vt pz ex p̄dictis ex fidei feruore ⁊ remoto iudeorum timore statim regressi sūt in hierusalem ad illos discipulos qui erant inclusi ꝓpter metū iudeorum. vt habet Joh. xx. ad nūciandū eis xp̄i resurrectionē. ideo subdit: v Et invenerunt congregatos vndecim. qz adhuc thomas erat cum alijs. x Dicentes q⁹ surrexit dñs vere ⁊ apparuit simoni. qñ autem ista apparitio fuerit non legit expresse. sed tunc creditur fuisse facta quando petr⁹ cucurrerat ad monumentū ⁊ viderat lintheamina posita: abijt mirans secū qō factum fuerat: vt dictū est. .s. y Et ipsi narrabant. apparitionē eis factam ꝓut descripta est p ordinē. tñ nec istis nec alijs thomas credidit: sz p aliqō spacium ab alijs discessit. ⁊ tunc ipso absente facta ē ista apparitio que sequit: z Dum autē hec loqrentur. Hic describitur tertia apparitio facta oīb⁹ preter thomā: cum dicitur: a Stetit iesus in medio eorum. subito enī inter discipulos apparuit qz ad eos ianuis clausis itrauit: ut habet Joh. xx. b Ego sum nō res fātastica. seu illusio diabolica. c Conturbati vo. Hic ꝓsequēter describit resurrectionis ꝓbatio. p hoc q⁹ ostēdit se verū hoiem ⁊ verū deū. ⁊ fm humanitatē vere suscitatū. ut patebit ꝓsequēdo. d Existimabāt se spiritū videre. divina enī ꝓuidētia pmissi sunt dubitare ad maiorē certificationē fidei de dñica resurrectiōe. e Videte manus meas ⁊ pedes meos. p cicatrices clauoz ibi remanētes ostēdit q⁹ erat idem corp⁹ numero. f Palpate ⁊ videte.]per ꝙ enī ostendebat hīe corp⁹ ve-

sz iij rum ⁊ nō

effectum ſpiritualis potentie: ⁊ palpabile per veritatem nature.

¶Poſt reſurrectionē dñs in corpe ſuo duo ꝟia oñdit: ⁊ palpabile eiuſdē nāe vt informet ad fidē: ⁊ incorruptibile alteri⁹ glorie: vt inuitet ad premiū.

Oſtēdit eis ⁊c̄. At oſtēſa vulnerū cicatrice infidelitaꝫ vuln⁹ ſanaret: q̄s cicatrices ⁊ tūc ꝑuauit: ⁊ in iudicio ꝑuatur⁹ eſt. ¶Primo ad fidē reſurrectōis inſtruēdā. Deinde vt ꝓ̄i ꝓ nobis ſuppli cans: q̄le gen⁹ mortis ꝓ hoie ptulerit ſp oſtēdat. Tertio: vt ſua morte redēptis: q̄ mīsericordit ſint aduti ꝓpositis eiuſdem mort̄ inſinuat iudicijs. Sz poſtremo: vt in iudicio q̄ iuſte dānent impij denūciet: oſtēſa quam ab illis accepit cicatrice. Nō ergo ex impotētia curandi, cicatrices ſeruauit: ſz vt perpetuuz victorie ſue circūferat triumphum.

Habetis hic al'qd. Ad inſinuādā veritatez reſurrectionis: nō ſolum tāgi: ſz cōueſci voluit: nō q̄ vel ipſe vl' nos poſt reſurrectionem cibo vtebamur indigere: ſ̄ vt corp⁹ nō ſpīm eē manifeſtaret: māducauit ptāte: nō neceſſitate. Aliter abſorbet aquam terra ſitiēs: aliter ſolis radi⁹ calēs. Illa diligentia: iſte potentia.

Luce 17.a.

¶Piſcis aſſi. ¶Piſcis aſſus: ipſe mediator paſſus: in aqs hūani generis capt⁹ laqueo mort: aſſat⁹ tpe passionis. Ipſe ⁊ fauus mellis nobis eē in reſurrectiōe. Fau⁹ mellis in cera. i. dīnitas in hūanitate. in huiꝰ mellis cōmeſtione ſigēt: q̄ illos i corpe ſuo ad eternā quietē ſuſcipit: q cū tribulationes ꝓ deo ſentiūt: ab amore interne dulcedinis nō recedūt. Qui hic aſſant illic vera dulcedine ſatiabunt.

Et cum māducaſſet. Oēs ambages aufert: viſus eſt: tact⁹ eſt: māducauit: ⁊ ne in quo ſenſus humanos lucidificaſſe videret: mittit man⁹ ad ſcripturas: vt etſi magicis artib⁹ videat potuiſſe quod voluit: ſicut dicūt pagani: ſaltem videant ꝓphetare non potuiſſe anteq̄ natus fuit.

Tūc aperuit. ¶Poſt viſū: poſt cōtactū: poſt cōmēoratā legem aperuit ſenſū: vt q̄ videt ⁊ legūt intelligāt. Deinde poſt ſui corpis cōmēdatā veritatē cōmēdat eccleſie vnitatē: ⁊ prędicari in noīe eius penitentiā ⁊c̄.

Oportebat chriſtū pati. Oportebat vt miniſtri q pniam ⁊ remiſſionē crāt ꝓdicaturi in oēs gētes: inciperēt ab hieroſolymis. Nō ſolū q illis credita ſunt eloqa dei: ⁊ q̄ eoꝝ eſt adoptio filioꝝ ⁊ gloria ⁊ teſtamenta: ⁊ legiſlatio: ſz iō etiā vt gētes variis erroꝝib⁹ ⁊ facinoꝝib⁹ ſplicite: ſ̄ maxīe iudicio dīne pietat̄ ad ſpem venie ꝓuocēt: q̄ eis q filiū dei crucifixerūt: venia relaxat̄. Vos aūt ſe. ¶Poſtq̄ diſcipulos de ☧tute ꝓdicatiōis per

ossa non habet ſicut me videtis habere. Et cū hoc dixiſſet: oñdit eis manus ⁊ pedes. Adhuc autē illis nō credentibus ⁊ mirantib⁹ pre gaudio: dixit: Habētis hic aliquid qō māducetur? At illi obtulerūt ei partē piſcis aſſi ⁊ fauī mellis. Et cum māducaſſet coram eis: ſumēs reliqas dedit eis. Et dixit ad eos: Hec ſūnt verba que locutus ſum ad vos cum adhuc
ſ in eadem mortali carne
eſſem vobiſcuz quoniam neceſſe
ſ. hec verba.
eſt impleri omnia que ſcripta ſūt i lege moyſi ⁊ ꝓphetis ⁊ pſalmis de me. Tūc aperuit illis ſēſum vt itelligerēt ſcripturas]. Et dixit eis: Quoniā ſic ſcriptū ē: ⁊ ſic ōportebat chriſtum pati: ⁊ reſurgere a mortuis die tertia: ⁊ ꝓdicā ri in nomine ei⁹ penitentiam ⁊ remiſſionem peccatoꝝ in omnes gētes: incipientibus ab hieroſolyma. Vos aūt eſtis teſtes horū
ſ q vidiſtis ⁊ audiſtis ſ q̄ ꝓdicāda ſunt
ſ vt ſufficiatis ad teſtandum mittam vobis auxiliuz
ſ ſpūſancti gratiam.
Et ego mittā ꝓmiſſum patris mei in vos. Vos autem ſedete i ciuitate: quoadusq̄z induamini virtute ex alto. Eduxit āt eos foras in bethaniaz: ⁊ eleuatis manibus ſuis benedixit eis. Et factū eſt dum benediceret illis: recēſſit ab eis ⁊ ferebatur in celū. Et ipſi
T ſ vbi promiſſionem patris inſti ſunt expectare.
adorātes: regreſſi ſunt in
† ſ quia dominum poſt triumphum reſurrectiōis etiam celos penetrare vident.
† hieruſalez cūz gaudio magno. Et erāt ſemp in templo laudantes ⁊ benedicentes deum.

Finit euāgelium ſcōz Lucam.

Eeduxit aūt eos. ¶Pretermiſſis oīb⁹ que p quadraginta dies geſta ſunt. ꝓmo reſurrectionis die tacite cōſigit nouiſſimū quo aſcēdit in celuz. Et pulchre bñdictur⁹ diſcipulos: educit in bethaniā que dom⁹ obediētie dicit: q̄ qui ꝓpter inobedientiā peruerſoꝝ deſcendit ꝓpter inobedientiaz cōuerſoꝝ aſcendit. Et q̄ eadē villa in latere montis oliueti ē poſita: quia obediētis eccleſie domus apoſtolico digna hoſpitio: non alibi q̄ in latere ſummi montis. i. chriſti: fundamenta fidei: ſpei: ⁊ charitat̄: locauit. de quo latere ſacrm ſanguinis ⁊ aq̄ gb⁹ naſcat̄ ⁊ nutriatur gaudet emanaſſe. De cui⁹ ☧tice. i. deitate: ſpōſalis vnctiōis mūcra deſiderat: lucis ⁊ pacis ꝓmiſſa expectat. Deide: q̄ bethania iuxt̄ hierlm q̄ſi ſtadijs qndeci erat. Iſte numer⁹ ꝓpter septē ⁊ octo: gb⁹ ꝟſtat ſcpturarū myſterijs accōmod⁹: vl' vitā q̄ nūc ē ⁊ futurā: vl' vet⁹ ⁊ nouū teſtm̄: vl' ſabbatū aiarū i futuro: ⁊ carnis reſurrectōez ꝓtinet. Et iō gb⁹ vtriuſq̄z teſti ſciaz aperuit: q̄s oēz viuēdi ⁊ ſperādi: regulā edocuit: eos qndeci ſtadijs i locū q̄ eis bñdiceret: ⁊ ꝓcepta docēdi tradēt eduxit. Recte qndeci ſtadijs locū aſcēſionis a loco paſſionis ſecreuit: vt oēs ꝓ ſeu l' mort: vl' viuē cupientes ⁊ ꝓmū q̄ ſcēdi p⁹ mortē: ⁊ i fine a mortuis reſuſcitādi deſiderio pit ⁊ amore firmaret.

In tēplo ⁊c̄. At i loco oīonis int laudū deuotiōes: ꝓmiſſū ſcti ſpūs aduētū paraꝫ ꝓ oīa cordib⁹ expectēt. Sic nos p⁹ celebrata i hieroſolymis. i. viſiōe pacꝫ: paſſiōis: ⁊ reſurrectōis ſolēnia. dño duce petam⁹ bethaniā: vt mēte geta: corpis ⁊ ſanguis ei⁹ ſacris imbuamur: ⁊ dom⁹ obediētie eē cure m⁹: q̄: ſic q̄ttidiana ei⁹ bñdictōe ſublimamur: q̄ttidie triūphalis aſcēſionis mēoꝝ: laudātes ⁊ bñdicētes deū in hierlm. i. ſperata pacis viſiōe q̄ſcim⁹ ſimiles hoibus expectantib⁹ dñm ſuum: quādo reuertat a nuptijs.

Laudātes ⁊ bñdicētes ⁊c̄. Lucas: qui ſacerdotium chriſti ceteris amplius exponendō ſuſcepit: ⁊ ideo euangeliū ſuū a miniſterio templi per ſacerdotiū ẓacharie cepit: pulchre hoc in templi deuotione compleuit: cuꝫ apoſtolos ibi miniſtros: ſcz nouī ſacerdotij futuros: non in victimarū ſanguine: ſed in laude dei ⁊ benedictione concludit. Finit expoſitio Luce.

Nicolaus

